Stipes *bipollicaris laevis.* Rachis *profunde canaliculata videtur glabra, sed sub lente adspecta punctis minutissimis pubescens.* Frondes *fere quadripedales pinnatae.* Pinnae *octopollicares superiores et inferiores sensim breviores lineari-lanceolatae acuminatae profunde pinnatifidae.* Laciniae *semipollicares lineares apice obtusae vel subacutae integerrimae, margine ciliatae.* Sori *subrotundi mediocres margine parum remoti.* Costa *media pinnarum superne pilis brevibus numerosis obtecta, inferne ut rachis, sub lente punctis minutissimis sub lente tantum visibilibus pubescens.* Venae *in pagina frondis superiore pilis sparsis obsitae, in inferiore glabriusculae. Habitu valde simile figurae Plumieri filic. t.* 25. W.

†††† *Frondibus bipinnatis triplicato-pinnatisve indusiis dimidiatis reniformibus.*

* 82. ASPIDIUM *obtusum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongis obtusis superioribus coadunatis dentato-crenatis, rachi superne pubescente. W.

Polypodium *(obtusum)* frondibus pinnatifidis glabris, pinnis obtusis, pinnulis coadunatis ovatis oblongisve inciso-crenulatis. *Swartz synop. filic.* 39. *et* 420. *Sprengel Anleit.* 3. *p.* 92. *Schkuhr. crypt.* 18. *t.* 21.

Stumpfer Wurmfarrn. W.

Habitat in Pensylvania. ♃. *(v. s.)*

Stipes *pollicaris laevis.* Rachis *praesertim superne tenui pube sub lente tantum conspicua obducta.* Frons *tri- vel quadripollicaris bipinnata, pinnis fere pollicaribus.* Pinnulae *infe-*

riores distinctae superiores coadunatae, oblongae obtusae, dentato-crenatae. Sori *parvi subrotundi.* Indusia *reniformia pallida glabra.* W.

* 83. ASPIDIUM *nemorosum.* W. †

A. frondibus bipinnatis, pinnulis lineari-lanceolatis obtusis pinnatifido-dentatis, stipite rachique setoso-paleaceis. W.

Filix villosa minor, pinnulis profunde dentatis. *Plum. fil.* 32. *t.* 43.

Wald-Wurmfarrn. W.

Habitat ad rivulorum ripas Hispaniolae. ♃.

* 84. ASPIDIUM *velleum.* W. †

A. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongis obtusis crenatis, soris confluentibus stipite rachique densissime paleaceis. W.

Filix pinnulis undosis et pediculis squamatis. *Plum. fil.* 35. *t.* 49.

Filicula pinnulis dentatis, caule squamoso. *Petiv. fil.* 70. *t.* 9. *f.* 6.

Pelzstrunkiger Wurmfarrn. W.

Habitat in Hispaniola. ♃.

* 85. ASPIDIUM *platyphyllum.* W.

A. frondibus bipinnatis, pinnulis trapezio-ovatis, basi sursum acute breviter auriculatis mucronato-serratis, soris sparsis stipite rachique paleaceis. W.

Grofsbeblätterter Wurmfarrn. W.

Habitat ad Caracas *in montosis nemorosis.* ♃. (*v. s.*) *Bredemeyer.*

Stipes *paleis angustis setaceis sparsis obsitus.* Rachis *ut stipes.* Frondes *bi- vel tripedales bipinnatae.* Pinnae *alternae tri- et fere quadripollicares.* Pinnulae *quadrilineares trapezio-ovatae vel rhombeo-ovatae glabrae distinctae, extimae tantum confluentes, obtusae cum mucrone, basi superiore breviter auriculatae, auriculis acutis, margine remote adpres-*

so-serratae, serraturis mucronatis. Sori *parvi subrosundi sparsi.* W.

* 86. ASPIDIUM *truncatulum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis rhombeo-oblongis truncato-obtusis, margine superiore repandis, soris margini superiori approximatis, stipite glabro. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis ensiformibus pinnatis, pinnulis rhombeo-ovatis deorsum sublunatis, sursum undulatis, marginem versus soriferis. *Swartz synop. filic.* 52. *et* 252.*

Adiantum *(lunulatum)* frondibus pinnatis, pinnis lunulatis quinquefloris. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 252. *t.* 100. *f.* 1.

Abgestutzter Wurmfarrn. W.

Habitat in Java. ♃.

* 87. ASPIDIUM *squamatum.* W. †

A. frondibus bipinnatis, pinnulis rhombeo-oblongis obtusis, margine superiore repandis, soris margini superiori approximatis, stipite rachique paleis imbricatis obtectis. W.

Lonchitis ramosa et cauliculis squamosis. *Plum. fil.* 43. *t.* 56.

Adiantum mas, caule squamoso. *Petiv. fil.* 83. *t.* 5. *f.* 3.

Schuppiger Wurmfarrn. W.

Habitat in Hispaniola. ♃.

Affine praecedenti, sed squamis *paleaceis imbricatis stipitis rachisque distinctissimum.* W.

* 88. ASPIDIUM *fuscatum.* W.

A. frondibus bipinnatis, pinnulis rhombeo-ovatis obtuse dentatis utrinque pilosis, stipite rachibusque paleaceis. W.

A. *(mohrioides)* frondibus bipinnatis, pinnis subsecundis, pinnulis stipiteque paleaceis. *Bory in litt.*

Bräunlicher Wurmfarrn. W.

Habitat in rupibus Teneriffae. ♃. *(v. s.)*

Stipes *pollicaris paleis sparsis obsitus.* Rachis *universalis et partialis densissime paleis obsita.* Paleae *fuscae, vel lanceolatae acuminatae margine setaceo-denticulatae vel tenuissime setaceae.* Frondes *quinquepollicares et longiores bipinnatae.* Pinnae *octolineares subsecundae.* Pinnulae *unguiculares rhombeo-ovatae obtusae dentatae, dentibus obtusis, inferioribus profundioribus, utrinque setis paleaceis obsitae.* Sori *parvi subrotundi.* Indusia *reniformia subrepanda. Faciem habet Mohriae thurifragae.* W.

* 89. ASPIDIUM *paleaceum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnis subpinnatis attenuatis, pinnulis oblongis apice rotundatis integerrimis hirtis, fronde lanceolata acuminata, rachi hirsuto-paleacea, paleis longissimis nitidis. *Swartz synop. filic.* 52.

Spreuartiger Wurmfarrn. W.

Habitat in Peru. ♃.

* 90. ASPIDIUM *drepanum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnis remotis alternis, pinnulis suboppositis lanceolato-falcatis inciso-denticulatis, basi sursum obtuse auritis, stipite rachibusque paleaceis. *Swartz synop. filic.* 54. *et* 255.*

Maderascher Wurmfarrn. W.

Habitat in Madera. ♃.

* 91. ASPIDIUM *angulare.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongis subfalcatis mucronato-serratis sursum auriculatis, infima elongata subpinnatifida, stipite rachibusque paleaceis. W.

Aspidium angulare. *Kitaibel in litt.*

Eckigblättriger Wurmfarrn. W.

Habitat in Hungaria. ♃. *(v. s.)*

Stipes *tri- vel quadripollicaris paleaceus.* Rachis *universalis atque partialis paleacea sed*

paleae tenuiores. Frondes *sesqui- vel bipedales bipinnatae.* Pinnae *tripollicares et longiores.* Pinnulae *oblongo-subfalcatae acutae basi cuneatae sursum acute auriculatae, serratae, serraturis mucronatis.* Pinna *infima superior reliquis longior pinnatifido-serrata.* Sori *subrotundi. Affine A. aculeato sed praeter formam pinnularum praecipue* pinnula *infima pinnatifida et habitu laxiore diversum.* W.

92. ASPIDIUM *aculeatum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis ovatis subfalcatis acutis mucronato-serratis, basi superiore truncatis, inferiore abbreviato-cuneatis, superioribus fructificantibus, stipite rachique paleaceis. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis pinnatis, pinnulis ovatis acutis subfalcatis ciliato-spinosis subtus pilosis, rachi paleacea, stipite strigoso. *Swartz synop. filic.* 53. *Smith britt.* 3. *p.* 1122. *Schkuhr. crypt.* 41. *t.* 39.

Polypodium *(aculeatum)* frondibus bipinnatis, pinnulis lunulatis ciliato-dentatis, stipite strigoso. *Sp. pl.* 1552. *Roy. lugdb.* 500. *Dalib. paris.* 314. *Huds. angl.* 459. *Scop. carn. n.* 1269. *Weis. crypt.* 322. *Pollich. pal. n.* 965. *Doerr. nass. p.* 182. *Hoffm. germ. II.* 8. *Bolt. fil.* 48. *t.* 26. *Desf. atl.* 2. *p.* 406.

Polypodium pinnis pinnatis ciliatis serratis appendiculatis. *Hall. helv. n.* 1712.

Polypodium *(setiferum)* fronde bipinnata, foliolis reniformibus dentibus setiferis, caule lanato. *Forsk. descr.* 185.

Polystichum aculeatum. *Roth. germ. III.* 79.

Aspidium lobatum. *Schkuhr. crypt.* 42. *t.* 40.

Filix aculeata major. *Bauh. pin.* 258. *prod.* 151.

Filix mas non ramosa, pinnulis latis auriculatis spinosis. *Raj. synop.* 121. *Moris. hist.* 3. *p.* 580. *s.* 14. *t.* 3. *f.* 15.

Filix mas aculeata nostras, alis expansis, muscosa lanugine aspersa. *Pluk. alm.* 151. *t.* 180. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 231.

Stachlicher Wurmfarrn. W.
Habitat in montosis nemorosis Europae, *inque* Africa *boreali et ad* Cap. b. spei. ♃. *(v. v.)*

93. ASPIDIUM *marginale.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongis obtusis decurrentibus crenatis, crenis baseos profundioribus, soris marginalibus, stipite paleaceo. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis subpinnatis glabris, laciniis oblongis integris, basi sinuato-repandis, soris marginalibus. *Swartz synop. filic.* 50.

Polypodium (*marginale*) frondibus bipinnatis, pinnis basi sinuato-repandis, fructificationibus marginalibus. *Sp. pl.* 1522.

Nephrodium (*marginale*) stipite insigniter paleaceo, fronde glabra bipinnata, pinnis distantibus, pinnulis angustissime decurrentibus rotundato-obtusis crenatis, punctis ad singularum crenarum incisuras marginalibus. *Mich. amer.* 2. *p.* 267.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 234.

Randfrüchtiger Wurmfarrn. W.

Habitat a Canada *ad* Virginiam. ♃. *(v. s.)*

Affine sequenti sed diversum: pinnulis *decurrentibus crenatis crenis baseos profundioribus,* soris *marginalibus* 2 *seu* 3 *in utroque margine pinnularum.* W.

94. ASPIDIUM *Filix mas.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongis obtusis serratis, serraturis muticis, soris costae mediae approximatis, stipite rachibusque paleaceis. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis pinnatis, pinnulis oblongis crenatis apice serratis, stipite paleaceo. *Swartz synop. filic.* 55. *Smith brit.* 3. *p.* 1121. *Schkuhr. crypt.* 45. *t.* 44.

Aspidium erosum. *Schkuhr. crypt.* 46. *t.* 45.

Aspidium depastum. *Schkuhr. crypt.* 50. *t.* 51.

Polypodium *(Filix mas)* frondibus bipinnatis,

pinnis obtusis crenulatis, stipite paleaceo. *Sp. pl.* 1551. *Hort. cliff.* 475. *Fl. suec.* 846; 946. *Mat. med.* 486. *Roy. lugdb.* 499. *Dalib. paris.* 313. *Gunn. norv. n.* 4. *t.* 1. *f.* 4. *Scop. carn. n.* 1270. *Weis. crypt. p.* 310. *Pollich. pal. n.* 963. *Blackw. t.* 323. *Bolt. fil.* 44. *t.* 24. *Hoffm. germ. II.* 6.

Polypodium pinnis pinnatis obtusis dentatis. *Hall. helv. n.* 1701.

Polystichum Filix mas. *Roth. germ. III.* 82.

Filix mas non ramosa dentata. *Bauh. pin.* 358. *Moris. hist.* 3. *p.* 578. *s.* 14. *t.* 3. *f.* 6.

Filix mas. *Fuchs. hist.* 594. *Tabern.* 591. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 209.

Gebräuchlicher Wurmfarrn. W.

Habitat in Europae *nemoribus, inque* Asia *et* Africa *boreali.* ♃. *(v. v.)*

Locis montosis occurrit varietas minor fronde digitali, pinnulis apice tantum serratis, aliam varietatem ex insula St. Thomae Americes habeo, statura exacte vulgaris speciei, sed pinnulis apice tantum serratis, pro specie haberem nisi specimen accepissem ab americano haud differens, quod in Germania lectum erat. W.

* 95. ASPIDIUM *lobatum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis ovatis obtusis apice aristatis, mucronato-serratis, basi superiore auriculatis, superioribus fructificantibus, stipite rachibusque paleaceis. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis pinnatis approximatis, pinnulis elliptico-lunulatis ciliato-spinosis, subtus pilosis, infimis sursum maximis, stipite rachive paleaceis. *Swartz synop. filic.* 53. *Smith brit.* 3. *p.* 1123.*

Polypodium *(lobatum)* frondibus bipinnatis, pinnulis ovatis ciliato-serratis, suprema basi auriculatis, stipite strigoso. *Huds. angl.* 459.

Filix aculeata major, pinnulis auriculatis crebrio-

ribus, foliis integris angustioribus. *Raj. synop.* 121.
Filix aculeata Lonchitidis aemula nostras. *Pluk. alm.* 151. *t.* 180. *f.* 3.
Gelappter Wurmfarrn. W.
Habitat in Angliae *umbrosis.* ♃. *(v. s.)*

A. aculeato simile, sed diversum: pinnulis *ovatis non falcatis obtusis, mucrone longo aristatis, basi sursum auriculatis rigidioribus.* W.

* 96. ASPIDIUM *vestitum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis ovato-oblongis acute serratis, serraturis muticis, basi superiore lobato-auriculatis, infimis inciso-serratis, stipite rachibusque dense paleaceis. W.
A. frondibus bipinnatis, pinnis pinnatis, pinnulis rhombeo-ovatis mucronulatis inciso-serratis, infimis subpinnatis, stipite rachibusque scarioso-squamosis. *Swartz synop. filic.* 53. *et* 254.* *Schkuhr. crypt.* 45. *t.* 43.
Polypodium *(vestitum)* frondibus subbipinnatis, pinnis rhombeo-ovatis acutis inciso-serratis, infimis lobatis subpinnatis, stipite squamis scariosis vestito. *Forst. prod. n.* 445.
Bekleideter Wurmfarrn. W.
Habitat in Nova Zeelandia *et* Nova Hollandia. ♃. *(v. s.)*

Stipes *quadri- vel quinquepollicaris paleis ovato-lanceolatis trilinearibus patentibus obsitus.* Rachis *universalis et partialis dense paleis lineari-subulatis patentibus vestita.* Frondes *sesqui- vel bipedales bipinnatae.* Pinnae *bipollicares et longiores.* Pinnulae *trilineares ovato-oblongae serratae, serraturis acutis muticis, basi superiore lobato-auriculatae.* Pinnula *infima triloba inciso-serrata.* Sori *subrotundi demum confluentes.* W.

* 97. ASPIDIUM *lancastriense.*

A. frondibus subbipinnatis, pinnulis triangulari-

ovatis confluentibus acute serratis, serraturis muticis, stipite nudo. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis pinnatifidis oblongo-lanceolatis, pinnulis coadunatis ovato-triangularibus acutis serrulatis, stipite nudo. *Swartz synop. filic.* 52. *Sprengel Anleit.* 3. *p.* 134. *Schkuhr. crypt.* 44. *t.* 41.

Lancastrischer Wurmfarrn. W.

Habitat in Pensylvania. ♃.

* 98. ASPIDIUM *intermedium.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis linearibus pinnatifido-incisis, laciniis apice submucronato-serratis, stipite paleaceo. W.

Polypodium intermedium. *Mühlenberg in litt.*

Mittler Wurmfarrn. W.

Habitat in Pensylvania. ♃. *(v. s.)*

Valde affine A. spinuloso sed diversum pinnulis *anguste linearibus pinnatifido-incisis, laciniis apice serratis.* W.

* 99. ASPIDIUM *spinulosum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongis decurrentibus confluentibus inciso-dentatis, laciniis mucronato-serratis, stipite paleaceo, indusiis glandulosis. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis pinnatifidis pinnatisque, laciniis oblongis acutis serrato-spinulosis, fronde ovato-triangulari, rachi glabra, stipite paleaceo. *Swartz synop. filic.* 420. *Smith brit.* 3. *p.* 1124. *Schkuhr. crypt.* 48. *t.* 48.

Polypodium *(spinulosum)* frondibus bipinnatis, pinnis pinnatifidis serratis, serraturis spinosis. *Retz prod. fl. scand. n.* 1295. *Fl. dan. t.* 707. *Müll. Friedr.* 841. *t.* 2. *f.* 2.

Polypodium cristatum. *Hoffm. germ. II.* 8. *Schreb. spicil. p.* 71.

Polystichum spinosum. *Roth. germ. III.* 91.

Filix non ramosa major, pinnulis latiusculis lon-

gioribus in profundos denticulos divisis. *Moris. hist.* 3. *p.* 579. *s.* 14. *t.* 3. *f.* 11.
Filix pumila saxatilis altera. *Pluk. alm.* 151. *t.* 179. *f.* 2.
β. Polypodium (*carthusianum*) frondibus alterne bipinnatis dissitis, foliolis acute serratis, dentibus saepe aristatis et bifidis. *Villars delph.* 3. *p.* 842.
Polypodium tanacetifolium. *Hoffm. germ. II.* 8.
Polypodium cristatum. Houttuyn *Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 207. *nec icon.*
Borstigblättriger Wurmfarrn. W.
Habitat in Europae *nemoribus.* ♃. (*v. v.*)

Variat valde magnitudine frondis, pinnulis majoribus et minoribus serraturis plus minusve mucronatis. Distinguitur a sequenti: pinnulis *non pinnatifidis, decurrentibus confluentibusque,* indusiis *glandulis pedicellatis sparsis cinctis. Varietatem crispum sterilum valde singularem legit in Pomerana amicissimus D. Rostkovius, pinnulis ovato-oblongis obtusissimis undulato-dentatis decurrentibus.* W.

* 100. ASPIDIUM *dilatatum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongis distinctis pinnatifido-incisis, laciniis mucronato-serratis, stipite paleaceo, indusiis laevibus. W.
A. frondibus bipinnatis, pinnis bipinnatifidis bipinnatisque, laciniis oblongis obtusiusculis incisis apice serrato-spinosis, rachi stipiteque paleaceis. *Swartz synop. filic.* 420. *Smith brit.* 3. *p.* 1124.
Polypodium (*dilatatum*) fronde bipinnata, stipite foliolis et pinnis basi dilatatis pinnatifidis, pinnulis serrato-incisis mucronatis linearibus, fructificationibus sparsis in angulorum incisuris. *Hoffm. germ. II.* 7.
Aspidium spinulosum? *Schkuhr. crypt.* 48. *t.* 47.
Polypodium aristatum. *Villars delph.* 3. *p.* 844. *Bellard. in Act. taur.* 5. *p.* 255.

Polypodium cristatum. *Huds. angl.* 457. *Bolt. fil.* 42. *t.* 23.

Polypodium frondibus subtripinnatis, pinnis oblongis subpinnatis, pinnulis utrinque serratis. *Müll. fried. n.* 845. *t.* 2. *f.* 4.

Polypodium pinnulis pinnatis, lobulis semipinnatis dentatis aristatis. *Hall. helv. n.* 1705.

Polystichum multiflorum. *Roth. germ. III.* 87.

Filix mas ramosa pinnulis dentatis. *Raj. synop.* 124. *Pluk. alm.* 155. *t.* 181. *f.* 2.

Filix ramosa dentata, ramulis et pinnis longius ab invicem distantibus. *Mapp. alsat.* 106. *f.* 8.

Filix tenuissime secta ex monte Bellon. *Bauh. hist.* 3. *p.* 731.

Erweiterter Wurmfarrn W.

Habitat in montibus et subalpinis Germaniae, Angliae, Helvetiae, Galliae. ♃. (*v. v.*)

101. ASPIDIUM *muricatum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis ovatis grosse serratis, serraturis longissime aristatis. W.

Polypodium (*muricatum*) frondibus bipinnatis, pinnis ovatis denticulato-spinosis. *Sp. pl.* 1555.

Filix spinulis mollissimis aculeata. *Plum. fil.* 29. *t.* 39.

Filix pinnis aculeatis. *Petiv. fil.* 53. *t.* ˑ *f.* 6.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 242.

Zackiger Wurmfarrn. W.

Habitat in Hispaniola. ♃.

* 102. ASPIDIUM *aristatum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis subrhombeo-ovatis oblongis, basi sursum auriculatis, inciso-serratis, serraturis mucronatis, infimis pinnatis, mucronato-serratis, stipite villosiusculo. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis pinnatis, pinnulis rhombeo-oblongis incisis, laciniis mucronato-serratis, stipite villosiusculo. *Swartz synop. filic.* 53. *et* 253.* *Schkuhr. crypt.* 44. *t.* 42. *pinna.*

Polypodium (*aristatum*) frondibus bipinnatis, foliolis inferioribus pinnatis, pinnis rhombeo-oblongis incisis, segmentis mucronato-serratis, stipite villosiusculo. *Forst. prod. n.* 448.
Gegrannter Wurmfarrn. W.
Habitat in insulis Maris pacifici. ♃.

* 103. ASPIDIUM *lacerum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnis pinnatis, pinnulis falcato-lanceolatis, infimis subauriculatis subserratis, superioribus confluentibus, stipite squamoso. *Swartz synop. filic.* 55.
Polypodium (*lacerum*) frondibus bipinnatis, pinnulis sessilibus, extimis confluentibus falcatis serratis, stipite squamoso. *Thunb. jap.* 337.*
Zerschlitzter Wurmfarrn. W.
Habitat in rupibus Japoniae. ♃.

* 104. ASPIDIUM *rigidum.*

A. frondibus bipinnatis oblongo-lanceolatis, pinnulis cordato-lanceolatis obtusis pinnatifido-serratis, laciniis subbidentatis, dentibus mucronulatis, superioribus fructificantibus, stipite rachibusque paleaceis. W.
A. frondibus bipinnatis, pinnis bipinnatifidis cordato-lanceolatis, laciniis oblongis inciso-dentatis, fronde ovato-lanceolata apicem versus fructificante, stipite strigoso-paleaceo. *Swartz synop. filic.* 53. *Schkuhr. crypt.* 40. *t.* 38.
Polypodium (*rigidum*) fronde bipinnata, pinnulis ovato-lanceolatis incisis, laciniis conniventi bi- tridentatis; stipite paleaceo. *Hoffm. germ. II.* 6.
Polypodium Villarii. *Bellard. app. ad fl. pedem. p.* 49.
Polypodium (*fragrans*) frondibus bipinnatis, alis horizontalibus, foliolis serratis, dentibus aristatis saepe bifidis. *Vill. delph.* 3. *p.* 843. *exclusis synonymis.*
Polystichum strigosum. *Roth. germ. III.* 86.

Steifer Wurmfarrn. W.
Habitat in montibus et subalpinis Croaticis, Salisburgensibus, Darmstadiensibus, Delphinatus *inque monte* Cenisio. ♃. *(v. v.)*

* 105. ASPIDIUM *hispidum.*

A. frondibus bipinnatis hirtis, pinnulis linearibus pinnatifidis, laciniis subbicuspidatis, stipite rachibusque setoso-pilosis. W.
A. decompositum, foliolis subbipinnatis attenuatis hirtis, pinnis marginatis, pinnulis lanceolatis inciso-serratis, stipite hispido-setoso. *Swartz synop. filic.* 56. *Schkuhr. crypt.* 49. *t.* 49.
Polypodium (*setosum*) frondibus bipinnatis, foliolis subpinnatis, pinnis linearibus inciso-serratis, serraturis setaceis, stipite villoso. *Forst. prod. n.* 447.
Spitzzähniger Wurmfarrn. W.
Habitat in Nova Zeelandia. ♃.

* 106. ASPIDIUM *hirtum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis lanceolatis pinnatifidis, laciniis triangulari-ovatis obtusis subintegerrimis, infima decurrente, stipite rachibusque paleaceo-hirtis. W.
A. decompositum, foliolis oppositis oblongis acuminatis subbipinnatis, pinnis alternis, pinnulis ovatis, inferioribus incisis, stipite hirto. *Swartz synop. filic.* 56.
Polypodium (*hirtum*) fronde inferne tripinnatifida, superne bipinnatifida et tandem pinnatifida, laciniis ovatis obtusis subintegris, stipite ramisque hirtis. *Swartz prod.* 133. *Ejusd. fl. ind. occid.* 3. *p.* 1686.*
Haariger Wurmfarrn. W.
Habitat in nemorosis montium Jamaicae *australis.* ♃. *(v. s.)*

* 107. ASPIDIUM *rutaceum.* W.

A. frondibus bipinnatis, pinnulis obtusis trilo-

bis integerrimis, lobo intermedio subemarginato, soris in quolibet lobo solitariis. W.
Lonchitis in auriculas subrotundas divisa. *Plum. fil.* 44. *t.* 57.
Filicula rutaceo folio. *Petiv. fil.* 68. *t.* 1. *f.* 12.
Rautenartiger Wurmfarrn. W.
Habitat in Hispaniola. ♃.

108. ASPIDIUM *capense.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongo-lanceolatis basi cuneatis decurrentibus, superioribus grosse serratis, inferioribus pinnatifidis, soris ad laciniarum vel serraturarum basin solitariis. W.
A. decompositum, foliolis subbipinnatis, costis marginatis, pinnis laciniisque lanceolatis serratis, soris ad basin subsolitariis. *Swartz synop. filic.* 61.
A. *(macroporum)* frondibus bipinnatis, pinnulis externe decurrentibus, soris in duabus lineis parallelis. *Bory in litt.*
Polypodium (*capense*) fronde supradecomposita, foliis bipinnatis, pinnis basi unifloris. *Lin. suppl.* 445.
Polypodium (*capense*) fronde tripinnatifida, pinnulis basi unifloris. *Thunb. prod.* 172.
Capischer Wurmfarrn. W.
Habitat ad Cap. b. spei, *inque insula* Mauritii. ♃. *(v. s.)*

Rachis *paleis setaceis sparsis obsita.* Frons *sesquipedalis bipinnata.* Pinnulae *oblongo-lanceolatae basi cuneatae decurrentes, pinnarum superiorum grosse serratae, serraturis obtusis, pinnarum inferiorum pinnatifidae, laciniis inferioribus leviter obtuse serratis, superioribus integerrimis.* Sori *subrotundi in pinnis superioribus ad basin cujuslibet serraturae solitarii, in pinnis inferioribus ad basin laciniarum pinnulae solitarii rarius gemini.* Indusium *orbiculatum peltatum.* W.

* 109. ASPIDIUM *coriaceum.*

A. frondibus bipinnatis apice simpliciter pinnatis coriaceis, pinnulis oblongo-lanceolatis obtuse serratis, inferioribus subpinnatifidis, stipite aspero. W.

A. decompositum, foliolis coriaceis glabris pinnatis, pinnis oblongo-lanceolatis inferne pinnatifidis, laciniis ovatis, infimis discretis crenatis, stipite aspero. *Swartz synop. filic.* 57. *Schkuhr. crypt.* 50. *t.* 50.

Polypodium *(coriaceum)* fronde coriacea, inferne tripinnatifida, superne bipinnata, pinnis pinnulisque acuminatis. *Swartz prod.* 133. *Ejusd. fl. ind. occid.* 3. *p.* 1688.*

Polypodium (*adiantiforme*) frondibus subbipinnatis, foliolis ovatis incisis, lobis ovatis obtusis crenato-serratis, infimis discretis, stipite squamuloso-aspero. *Forst. prod. n.* 449.

Tectaria (*Calahuala*) foliis bipinnatis, pinnulis alternis oblongis petiolatis, foliolis sublanceolatis inciso-serratis, fructificationibus solitariis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 621.

Lederartiger Wurmfarrn. W.

Habitat in Jamaica, Bonaria, *insula* Mauritii, Nova Zeelandia, Nova Hollandia. ♃. *(v. s.)*

Ex hoc venit Radix Calahuala officinalis. Specimina Novae Zeelandiae et Novae Hollandiae differunt a Jamaicensi: pinnis *inferioribus pinnatis nec bipinnatifidis,* pinnulis *apice obtuse serratis. An species diversa?* W.

110. ASPIDIUM *Baromez.* †

A. frondibus bipinnatis, pinnulis pinnatifidis lanceolatis serratis, caudice paleaceo-lanato. W.

Polypodium (*Baromez*) frondibus bipinnatis, pinnis pinnatifidis lanceolatis serratis, radicibus lanatis. *Sp. pl.* 1553. *Loureiro cochin.* 829.* *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 237.

Scythischer Wurmfarrn. W.

Habitat in Cochinchina, China, Bucharia. ♃.

Radix *decumbens crassa, vellere mollissimo densissimo intense flavo obvestita.* Stipites *pedales s. sesquipedales virides laeves obsolete angulati.* Frons *bipinnata.* Foliolis *oblongis, infimis oppositis; reliquis alternis, axillis patulis.* Pinnae *lanceolatae acutae pinnatifidae, lobis acutis apice serratis. Sunt hae frondes glabrae, nec fructificationem obtinui, sed ex facie huc retuli.* Sp. pl. l. c.

Frondes *sexpedales.* Loureiro l. c.

111. ASPIDIUM *speluncae.* †

A. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongis pinnatifidis pilosis ciliatis crenulatis, rachi villosa. W.

Polypodium (*speluncae*) frondibus supradecompositis pilosis, foliolis lanceolatis pinnatis, pinnis oppositis pinnatifidis. *Sp. pl.* 1555. *Fl. zeyl.* 384.

Polypodium (*crenatum*) fronde supradecomposita, pinnis alternis, secundariis pinnatis, foliolis pinnatifidis crenatis ciliatis. *Forsk. descr.* 185.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 244.

Klüften-Wurmfarrn. W.

Habitat in Zeylona *et* Arabia *felici.* ♃.

* 112. ASPIDIUM *elongatum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis superioribus ovatis, mediis oblongis, inferioribus lanceolatis pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis apice denticulatis, stipite, rachibusque paleaceis. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis pinnatis inferne bipinnatifidis, pinnulis lanceolatis obtusis, laciniis ovatis denticulatis. *Swartz synop. filic.* 55.

Polypodium (*elongatum*) frondibus bipinnatis glabris, pinnis obtusis argute serratis, superioribus ovatis, mediis oblongis, inferioribus lanceolatis pinnatifidis acutiusculis. *Ait. Kew.* 3. *p.* 465.

Tectaria elongata. *Cavan. ann. de hist. nat.* 4. *p.* 101?
Verlängerter Wurmfarrn. W.
Habitat in Teneriffa, Madera, *inque insulis* Azoreis. ♃. *(v. s.)*

* 113. ASPIDIUM *caudatum.* †

A. frondibus tripinnatis glabris, pinnis primariis alternis, reliquis oppositis, pinnulis lanceolatis serratis. *Swartz synop. filic.* 55.
Tectaria caudata. *Cavan. ann. de hist. nat.* 4. *p.* 100.*
Geschwänzter Wurmfarrn. W.
Habitat in Teneriffa. ♃.

* 114. ASPIDIUM *cinnamomeum.* †

A. frondibus tripinnatis glabris, pinnulis linearibus acutis, soris solitariis. *Swartz synop. filic.* 55.
Tectaria (*cinnamomea*) foliis tripinnatis glabris, foliolis linearibus acutis, fructificationibus solitariis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 622.
Zimmetfarbener Wurmfarrn. W.
Habitat in Nova Hispania. ♃.

* 115. ASPIDIUM *ferrugineum.* †

A. frondibus bi- tripinnatis crassiusculis subtus ferrugineis, pinnulis ovato-oblongis acutis, soris solitariis. *Swartz synop filic.* 56.
Tectaria ferruginea. *Cav. prael.* 1801. *n.* 620.
Rostfarbener Wurmfarrn. W.
Habitat in Monte video. ♃.
Filix *cum stipite decempollicaris.* Cav. l. c.

* 116. ASPIDIUM *discolor.*

A. frondibus triplicato-pinnatis, subtus ferrugineis glabris, pinnulis ovato-oblongis acutis obtuse serratis, caudice arboreo. W.
Aspidium discolor. *Langsdorff et Fischer ic. filic. t.* 18.

Verschiedenfarbiger Wurmfarrn. W.
Habitat in insula Catharinae Brasiliae. ♄. *(v. s.)*

117. ASPIDIUM *pubescens.* †

A. frondibus bi- tripinnatis, pinnis pinnatis pilosis, pinnulis lanceolato-ovatis subincisis acutis, extimis confluentibus. *Swartz synop. filic.* 56.

Polypodium (*pubescens*) frondibus bipinnatis pilosis, pinnis lanceolato-ovatis subincisis acutis, extimis confluentibus. *Sp. pl.* 1552.

Polypodium minus subhirsutum simpliciter pinnatum, foliis distinctis subovatis crenatis, capsulis sparsis. *Brown jam.* 101.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 233.

Zarthaariger Wurmfarrn. W.

Habitat in Jamaica. ♃.

* 118. ASPIDIUM *setosum.*

A. frondibus bi- tripinnatis, pinnis bipinnatifidis, pinnulis lanceolatis, laciniis ovatis acutis, stipite rachibusque setosis. *Swartz synop. filic.* 56.

Polypodium (*setosum*) frondibus bipinnatis, pinnulis lanceolatis incisis integris, stipite setoso. *Thunb. jap.* 337.*

Borstiger Wurmfarrn. W.

Habitat in Japonia. ♃.

119. ASPIDIUM *villosum.*

A. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis oblongis obtusis supra hirsutis, dentatis, stipite rachibusque setoso-paleaceis. W.

A. decompositum, foliolis bipinnatis hirsutis, pinnulis oblongis hirsutis, terminalibus acuminatis, inferioribus subpinnatifidis, laciniis ovatis. *Swartz synop. filic.* 56.

Polypodium (*villosum*) frondibus bipinnatis hirsutis, pinnis oblongis obtusis, terminalibus acuminatis. *Sp. pl.* 1555.

Filix dentata, caule et costa villosis. *Petiv. fil.* 52. *t.* 4. *f.* 10.
Filix ramosa villosa major, crenis rotundis dentata. *Plum. amer.* 15. *t.* 23. *fil.* 21. *t.* 27. *Raj. suppl.* 97.
Filix ramosa major hirsuta, ramulis raris, pinnulis asplenii crebris latis brevibus subrotundis non dentatis. *Sloan jam.* 23. *hist.* 1. *p.* 100.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 242.
Zottiger Wurmfarrn. W.
Habitat in Jamaica, Hispaniola. ♃. *(v. s.)*

* 120. ASPIDIUM *lutescens.* W. †

A. frondibus triplicato-pinnatis subtus farinoso-lutescentibus, pinnulis oblongis obtusis dentatis ciliatis, stipite glabro. W.
Filix hirsuta et lutescente pulviusculo sordescens. *Plum. fil.* 27. *t.* 34.
Filix ramosa pinnis et costis hirsutis. *Petiv. fil.* 46. *t.* 2. *f.* 7.
Gelblicher Wurmfarrn. W.
Habitat in Hispaniola. ♃.

* 121. ASPIDIUM *denticulatum.*

A. supradecompositum, foliis subquadripinnatis glabris, pinnulis cuneato-ovatis incisis denticulato-spinulosis. *Swartz synop. filic.* 57.
Polypodium (*denticulatum*) fronde inferne quadripinnata, superne tripinnata glabra, pinnulis cuneato-ovato-incisis denticulatis, fructificationibus solitariis. *Swartz prod.* 134. *Ejusd. fl. ind. occid.* 3. *p.* 1692.
Gezähnelter Wurmfarrn. W.
Habitat in vallibus montium summorum Jamaicae *australis, inque* Hispaniola. ♃.

††††† *Frondibus bipinnatifidis, bipinnatis triplicato-pinnatisve, indusiis lateralibus.*

122. ASPIDIUM *fontanum.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis cordatis pinnatifi-

dis, laciniis ovatis acutiusculis, infima et terminali subtrilobis, soris demum confluentibus.* W.

Polypodium (*fontanum*) fronde lineari-lanceolata acuta pinnata, pinnis cordatis obtusiusculis pinnatifidis crenatis supra glabris. *Smith brit.* 3. *p.* 1114.*

Polypodium fontanum. *Sp. pl.* 1550. *neque diagnosis neque synonyma. Huds. angl.* 456. *Bolt. fil.* 38. *t.* 21.

Filix saxatilis non ramosa minima. *Pluk. phytog. t.* 89. *f.* 2.

Filicula saxatilis omnium minima elegantissima. *Tournef. inst.* 542.

Brunnen-Wurmfarrn. W.

Habitat in rupibus Angliae, Hungariae, Sibiriae. ♃. *(v. s.)*

Sori *confluunt paginamque inferiorem frondis angustae et parvae ex toto obducunt.* Indusia *albida lateralia.* W.

* 123. ASPIDIUM *dentatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis ovato-oblongis pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis denticulatis. W.

A. pinnis subpinnatis, pinnulis ovatis obtusis inciso-dentatis muticis. *Swartz synop. filic.* 59.

Cyathea (*dentata*) fronde subbipinnata, pinnulis ovatis obtusis inciso-dentatis muticis. *Smith brit.* 3. *p.* 1141.*

Polypodium (*dentatum*) frondibus bipinnatis, pinnis ovatis obtusis incisis dentatis. *Dicks. crypt. fasc.* 3. *p.* 1. *t.* 7. *f.* 1.*

Schottischer Wurmfarrn. W.

Habitat in rupibus alpinis Scotiae. ♃. *(v. s.)*

* 124. ASPIDIUM *Pontederae.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis pinnatifidis, laciniis lanceolatis acute serratis, infima superiore longiore. W.

Polypodium Pontederae. *Allion. pedem. n.* 2405.

Polypodium pinnis paucis semipinnatis brevissimis acute serratis. *Hall. helv. n.* 1702.
Filicula alpina foliis rotundioribus et crenatis. *Pont. compend.* 19. *Segu. veron. suppl.* 54. *t.* 1. *f.* 2.
Pontederischer Wurmfarrn. W.
Habitat in sylvis umbrosis Italiae. ♃. (*v. s.*)

Stipes *basi paleaceus, ceterum glaber pollicaris.* Frons *quadripollicaris pinnata.* Pinnae *fere pollicares superiores et inferiores breviores lanceolatae acutae, pinnatifidae.* Laciniae *oblongae serratae, serraturis paucis acutis subuncinatis.* Lacinia *infima pinnae superioris, reliquis longior.* Sori *oblongi.* W.

* 125. ASPIDIUM *Halleri.* W.

A. frondibus bipinnatis rigidis, pinnulis alternis cuneiformi-triangularibus, apice mucronato-dentatis, stipite glabro. W.
A. (*fontanum*) pinnis subpinnatis alternis triangularibus obtusis, lobis apice argute dentatis. *Swartz synop. filic.* 57. *Schkuhr. crypt.* 52. *t.* 53.
Athyrium (*Halleri*) frondibus bipinnatis oblongis rigidis, pinnis lanceolatis, pinnulis subrotundis argute incisis laxis, stipite laevi. *Roth. germ. III.* 60. *Fl. Wetterav.* 3. *n.* 1236.
Polypodium fontanum. *Leers. herb. n.* 790.
Polypodium duriusculum pinnis laxe pinnatis, pinnulis bi- et tridentatis. *Hall. helv. n.* 1706.
Polypodium frondibus bipinnatis, foliolis argute incisis, inferioribus subpalmatis, stipite laevi. *Gouan. illust.* 80.
Filicula saxatilis, pinnulis brevibus acutis. *Tournef. inst.* 542.
Filicula fontana. *Tabern. ic.* 792.
Filicula fontana minor. *Bauh. pin.* 258.
Adiantum filicinum durius crispum minimum. *Barr. ic.* 432. *f.* 1.
Polypodium fontanum. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 194.

Hallerscher Wurmfarrn. W.

Habitat in rupibus Germaniae *australis*, Helvetiae, Galliae. ♃. *(v. s.)*

Stipes *semipollicaris glaberrimus.* Frons *quadripollicaris oblongo-lanceolata bipinnata.* Pinnae *alternae trilineares.* Pinnulae *alternae infimae oppositae terminales confluentes unguiculares et minores cuneiformes triangulares apice dentatae, dentibus mucronatis.* Sori *oblongi 2 s. 3 in qualibet pinnula.* Indusia *albida lateralia. Variat statura minori pinnulis infimis tantum distinctis, reliquis confluentibus. Ab A. fontano abunde distincta species.* W.

126. ASPIDIUM *bulbiferum.*

A. frondibus bipinnatis oblongo-lanceolatis, pinnulis oppositis oblongis obtusis serratis, inferioribus pinnatifidis, rachi bulbifera, soris subrotundis. W.

A. pinnis pinnatis remotiusculis, pinnulis oblongis serratis subtus bulbiferis, infimis pinnatifidis. *Swartz synop. filic.* 29. *Schkuhr. crypt.* 55. *t.* 57.

Polypodium (*bulbiferum*) frondibus bipinnatis, foliolis remotis, pinnis oblongis obtusis serratis subtus bulbiferis. *Sp. pl.* 1553.

Polypodium fronde duplicato-pinnata, foliolis oblongis obtusis incisis dorso bulbiferis. *Roy lugdb.* 500.

Nephrodium (*bulbiferum*) glabrum, fronde bipinnata, passim bulbifera, pinnis distanter suboppositis, pinnulis oblongiusculis ovalibus obtuse inciso-dentatis, dentibus subbidenticulatis. *Mich. amer.* 2. *p.* 268.

Filix saxatilis canadensium globulifera. *Pluk. alm.* 150.

Filix baccifera. *Corn. canad.* 5. *Moris. hist.* 3. *p.* 579. *s.* 14. *t.* 3. *f.* 10.

Filix baccifera Cornuti. *Barr. ic.* 1120.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst 13. *p.* 235.

Zwiebeltragender Wurmfarrn. W.

Habitat in Canada. ♃. *(v. v.)*

Satis distinctum pinnulis ratione frondis brevibus, rachi vel costa media pinnularum bulbifera. W.

* 127. ASPIDIUM *asplenioides.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis lineari-lanceolatis inciso-serratis, serraturis bi- s. tridentatis terminalibus acutioribus, soris oblongis lunatis. W.

A. pinnis pinnatis, pinnulis oblongis inciso-dentatis, dentibus inferioribus obtusis, supremis acutis, soris lunatis. *Swartz synop. filic.* 60.

Nephrodium (*asplenioides*) majusculum glabrum, stipite nudo, fronde bipinnata, pinnulis subovali-oblongis inciso-dentatis, dentibus inferioribus obtusis, supremis mutice acutis, punctis utrinque juxta nervum lunatis. *Mich. amer.* 2. *p.* 268.

Polypodium pensylvanicum. *Mühlenberg in litt.*

Asplenium Athyrium. *Sprengel Anleit.* 3. *p.* 113. *Schkuhr. crypt.* 72. *t.* 78.

Streifenfarrnartiger Wurmfarrn. W.

Habitat a Nova Anglia *ad* Carolinam. ♃. *(v. s.)*

A sequenti, praeter formam frondis parum diversum, soris lunatis abunde distinctum. W.

* 128. ASPIDIUM *Filix femina.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongo-lanceolatis inciso-serratis, serraturis bi- s. tridentatis acutiusculis, soris oblongis rectis. W.

A. pinnis pinnatis bipinnatifidisque pinnulisque lanceolatis, lacinulis acutis apice bidentatis. *Swartz synop. filic.* 59. *Schkuhr. crypt.* 56. *t.* 58. 59.

Aspidium alpestre. *Schkuhr. crypt.* 58. *t.* 60.

Polypodium *(Filix femina)* frondibus bipinnatis, pinnulis lanceolatis pinnatifidis acutis. *Sp. pl.* 1551. *Fl. lapp.* 388. *Fl. suec.* 847; 947. *Roy lugdb.* 1552. *Dalib. paris.* 313. *Gunn.*

norv. n. 29. *Scop. carn. n.* 1268. *Pollich. pal. n.* 964. *Blackw. t.* 325. *Hoffm. germ. II.* 6.

Polypodium pinnis pinnatis, pinnulis lanceolatis semipinnatis, lobis acute bisectis. *Hall. helv. n.* 1704.

Polypodium molle. *Schreb. spicil. p.* 70. *Hoffm. germ. II.* 7.

Polypodium dentatum. *Hoffm. germ. II.* 7.

Polypodium incisum. *Hoffm. germ. II.* 7.

Polypodium trifidum. *Hoffm. germ. II.* 7.

Athyrium Filix femina. *Roth. germ. III.* 65.

Athyrium molle. *Roth. germ. III.* 61.

Athyrium ovatum. *Roth. germ. III.* 64.

Athyrium trifidum. *Roth. germ. III.* 63.

Filix mas non ramosa, pinnulis angustis rarioribus profunde dentatis. *Moris. hist.* 3. *p.* 579. *s.* 14. *t.* 3. *f.* 8. *Pluk. phytog. t.* 180. *f.* 4.

Filix petraea femina 1. *Tabern. ic.* 793.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 222.

Falscher Wurmfarrn. W.

Habitat in Europae *nemoribus.* ♃. *(v. v.)*

Variat valde magnitudine frondis, et pinnulis plus minusve incisis. W.

* 129. ASPIDIUM *angustum.* W.

A. frondibus bipinnatis, pinnulis lanceolatis inciso-serratis, serraturis subbidentatis, infima superiore elongata, soris oblongis sublunatis. W.

Nephrodium *(Filix femina)* majusculum glabrum, fronde oblonga bipinnata, pinnis elongatis, pinnulis lanceolatis subbipinnatifidis seu inciso-serratis, punctis utrinque juxta nervum sublunatis. *Mich. amer.* 2. *p.* 268.

Schmallaubiger Wurmfarrn. W.

Habitat in Canada. ♃. *(v. s.)*

Stipes *glaber.* Frons *oblonga bipinnata pedalis et altior.* Pinnae *sesqui- seu bipollicares lanceolatae valde acuminatae alternae.* Pinnulae *trilineares suboppositae lanceolatae acu-*

tae inciso-serratae. Serraturae *breves obtusiusculae indivisae vel bidentatae, infima superior reliquis longior.* Sori *oblongi parum lunati. A praecedente satis distincta,* circumscriptione *frondis oblonga multo angustiore,* pinnis *magis acuminatis,* serratura *infima superiore pinnulae majore,* soris *non rectis sed leviter lunatis.* W.

* 130. ASPIDIUM *axillare.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis, apice serratis, serraturis attenuatis, soris oblongis rectis solitariis ad basin laciniarum. W.

A. pinnis bipinnatifidis alternis, pinnulis lineari-lanceolatis apice serratis. *Swartz synop. filic.* 60.

Polypodium *(axillare)* fronde tripinnata glabra, pinnis oblongis apice serratis adnatis paucifloris. *Ait. Kew.* 3. *p.* 466.

Winkelfrüchtiger Wurmfarrn. W.

Habitat in Madera. ♃. *(v. s.)*

* 131. ASPIDIUM *cruciatum.* W.

A. frondibus bipinnatis, pinnulis sessilibus oppositis lanceolatis obtusis basi cuneatis, pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis integerrimis ciliatis, rachibus partialibus venisque pilosis. W.

A. *(villosum)* fronde lanceolata bipinnata, pinnis oppositis regulariter pinnatifidis villosis. *Bory in litt.*

Kreutzförmiger Wurmfarrn. W.

Habitat in insula Mauritii. ♃. *(v. s.)*

Stipes *crassus lignosus durus.* Frondes *quinquepedales bipinnatae.* Pinnae *decempollicares et longiores.* Pinnulae *pollicares sessiles oppositae basi cuneatae obtusae, pinnatifidae.* Laciniae *lineari-oblongae obtusissimae integerrimae ciliatae. Ob basin cuneatam pinnularum sessilium oppositarum laciniae infimae crucem formant.* Venae *utrinque pilis sparsis obsitae.*

Sori *parvi oblongi.* Rachis *universalis nitidus glaber linea decurrente villosa notata; partiales pilosae.* W.

* 132. ASPIDIUM *punctilobum.* †

A. frondibus bipinnatis, pinnulis decurrentibus ovato-oblongis pinnatifidis, laciniis subquadridentatis, soro solitario instructis, rachibus pubescentibus, stipite glabro. W.

A. pinnis pinnatis pubescentibus, pinnulis decurrentibus ovali-oblongis subpinnatifidis, lobis oblongis apice bi- quadridentatis, singulis unisoriferis. *Swartz synop. filic.* 60.

Nephrodium *(punctilobum)* majusculum, stipite nudo, ramis pinnulisque pubescentibus, fronde longa bipinnata, pinnulis decurrentibus subovali-oblongis semi- et ultra pinnatifidis, lobulis oblongiusculis apice 2- 4-dentatis, singulis unipunctiferis. *Mich. amer.* 2. *p.* 268.

Punktlappiger Wurmfarrn. W.

Habitat in Canada. ♃.

* 133. ASPIDIUM *atomarium.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis decurrentibus ovato-oblongis pinnatifidis, laciniis dentatis, soris sparsis. W.

Aspidium atomarium. *Mühlenberg in litt.*

Feinpunktiger Wurmfarrn. W.

Habitat in Pensylvania. ♃. *(v. s.)*

Stipes *bipollicaris glaber.* Frons *fere quinquepollicaris bipinnata.* Pinnae *alternae pollicares ovatae.* Pinnulae *quadrilineares ovatae basi decurrentes pinnatifidae obtusae.* Laciniae *oblongae obtusae apice serratae.* Sori *minutissimi oblongi sparsi.* Indusia *lateralia.* W.

* 134. ASPIDIUM *tenue.* †

A. frondibus bipinnatis, pinnulis ovatis decurrentibus dentatis, soris solitariis juxta dentes pinnularum. W.

A. pinnis pinnatis, pinnulis decurrentibus ova-

libus retusis subdentatis, soris ad singulos dentes, singulis majusculis, fronde glaberrima debili. *Swartz synop. filic.* 58.

Nephrodium *(tenue)* pusillum glaberrimum debile, fronde bipinnata, pinnulis anguste decurrentibus ovalibus retusis leviuscule dentatis, punctis majusculis ad singulos dentes singulis. *Mich. amer.* 2. *p.* 269.

Dünner Wurmfarrn. W.

Habitat in Canada. ♃.

Valde affine Aspidio fragili. Mich. l. c.

135. ASPIDIUM *rhaeticum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis lanceolatis acuminatis pinnatifidis, laciniis linearibus acutis serratis, rachi alata. W.

A. pinnis pinnatis pinnulisque remotis oblongis argute serratis, rachi alata. *Swartz synop. filic.* 59.

Polypodium *(rhaeticum)* frondibus bipinnatis, foliolis pinnisque remotis lanceolatis serraturis acuminatis. *Sp. pl.* 1552.

Rhaetischer Wurmfarrn. W.

Habitat in Hungaria, Helvetia, Gallia. ♃. *(v. s.)*

Omnia synonyma dubia sunt, quae Linnaeus indicavit. Simile P. fragili diversum: pinnis *remotioribus,* pinnulis *acuminatis pinnatifidis,* laciniis *linearibus acutis, utrinque dentibus acutis duobus tribusque instructis.* W.

136. ASPIDIUM *fragile.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongis obtusis inciso-serratis, serraturis obtusis denticulatis, rachi alata. W.

A. pinnis bipinnatifidis oppositis, pinnulis ovatis incisis, lacinulis obovatis dentatis. *Swartz synop. filic.* 58. *Schkuhr. crypt.* 53. *t.* 54. 55. 56.

Cyathea *(fragilis)* fronde bipinnata, pinnulis pinnatifidis inciso-serratis, floribus sparsis,

calyce lacero, rachi alata. *Smith brit.* 3. *p.* 1139. *Roth. germ. III.* 94.
Polypodium (*fragile*) frondibus bipinnatis, foliolis remotis, pinnis subrotundis incisis. *Sp. pl.* 1553. *Fl. lapp.* 384. *Fl. suec.* 849; 948. *Roy lugdb.* 500. *Dalib. paris.* 312. *Fl. dan. t.* 401. *Scop. carn.* 1273. *Hoffm. germ. III.* 9. *Bolt. fil.* 50. *t.* 27. *et.* 46.
Polypodium pinnis pinnatis laxe divisis, pinnulis semipinnatis, lobulis subrotundis dentatis. *Hall. helv. n.* 1707.
Filix saxatilis cauliculo tenui fragili. *Raj. synop.* 125. *Pluk. alm.* 150. *t.* 180. *f.* 5.
Filix pumila saxatilis 2. *Clus. pann.* 706.
β. Polypodium rhaeticum. *Bolt. fil.* 80. *t.* 45.
Polypodium polymorphum A. *Vill. delph.* 3. *p.* 846. *t.* 53. *f. A.*
Filix montana ramosa minor argute denticulata. *Raj. synop.* 124.
Filix alpina Myrrhidis facie cambrobritannica. *Pluk. phytog. t.* 89. *f.* 4.
γ. Polypodium ilvense. *Raj. synop.* 117.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 235.
Zerbrechlicher Wurmfarrn. W.
Habitat in montosis umbosis Europae. ♃. (*v. v.*)

Filix admodum varians, varietates hujus sunt: Polypodium anthriscifolium, cynapifolium, tenue, fumarioides, pedicularifolium. Hoffm. germ. II. 9. *et* 10., *ut et Cyathea anthriscifolia atque cynapifolia. Roth. germ. III.* 98. W.

137. ASPIDIUM *regium*.

A. frondibus bipinnatis, pinnulis ovato-oblongis lobato-pinnatifidis, laciniis lineari-oblongis obtusis subintegerrimis, rachi alata. W.
A. pinnis pinnatis remotiusculis, pinnulis lobatis obtusis muticis margine integerrimis, rachi alata. *Swartz synop. filic.* 58.
Cyathea (*regia*) fronde bipinnata, pinnulis lobatis obtusis muticis margine integerrimis, ca-

lyce lacero, rachi alata. *Smith brit.* 3. *p.* 1140.*
Polypodium (*regium*) frondibus bipinnatis, foliolis suboppositis, pinnis laciniatis. *Sp. pl.* 1553. *Hort. cliff.* 475.
Cyathea incisa. *Engl. bot. t.* 163.
Polypodium polymorphum C. *Villars delph.* 3. *p.* 847. *t.* 53. *f. C.*
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 236.
Königs-Wurmfarrn. W.
Habitat in rupibus alpinis Angliae, Galliae. ♃. (*v. s.*)

* 138. ASPIDIUM *rufidulum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis subtus paleaceo-setosis oblongis obtusis crenatis coadunatis, soris demum confluentibus. W.
A. pinnis pinnatifidis vel pinnatis, pinnulis ovalibus retusis subcrenatis, fronde tota rufo-villosa, soris demum confluentibus. *Swartz synop. filic.* 58.
Nephrodium (*rufidulum*) pusillum totum rufo-villosissimum, fronde subbipinnata, pinnis pinnatifidis, pinnulis lobulisve ovalibus retusis subcrenatis. *Mich. amer.* 2. *p.* 269.
Rothbrauner Wurmfarrn. W.
Habitat in rupibus Canadae *et* Novae Caesariae. ♃. (*v. s.*)

Stipes *sesquipollicaris* Rachis *universalis et partialis paleis setaceis obsita.* Frons *quadripollicaris bipinnata.* Pinnae *alternae octolineares.* Pinnulae *oblongae obtusissimae superiores confluentes crenatae, crenis saepe valde obscuris, supra pilis rufescentibus sparsis obsitae, subtus pilis paleaceis rufis copiosis tectae.* Sori *oblongi, demum confluentes.* W.

* 139. ASPIDIUM *alpinum.*

A. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis pinnatifidis confluentibus, laciniis linearibus obtusis subbidentatis. W.

A. decompositum, foliolis tripinnatis, pinnisque remotis, pinnulis cuneato-obovatis incisis, lacinulis obtusis subbifidis. *Swartz synop. filic.* 60. *Schkuhr. crypt.* 60. *t.* 62. *a. b.*

Polypodium (*alpinum*) frondibus alterne tripinnatis, pinnulis oblongis vage incisis, lacinulis obtusis, apice brevissime bifidis. *Jacq. ic. rar.* 3. *t.* 642. *Collect.* 2. *p.* 171.*

Polypodium (*crispum*) frondibus tripinnatis, pinnis pinnulisque remotis alternis, foliolis obovatis emarginatis apice floriferis. *Gouan illust.* 81.

Polypodium pinnis pinnarum pinnatis laxissime divisis, lobulis obtusis dentatis. *Hall. helv. n.* 1709. *Allion. ped. n.* 2409.

Filicula alpina crispa. *Segu. veron. suppl.* 55. *t.* 1. *f.* 3.

Alpen-Wurmfarrn. W.

Habitat in alpibus Croatiae, Carinthiae, Salisburgi, Helvetiae, Italiae, Galliae. ♃. *(v. v.)*

* 140. ASPIDIUM *aemulum.*

A. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis linearibus apice dentatis. W.

A. decompositum triangulare, foliolis tripinnatifidis, pinnulis oblongo-linearibus incisis, laciniis apice denticulatis. *Swartz synop. filic.* 60.

Polypodium (*aemulum*) fronde quadripinnatifida glabra, pinnis oblongo-linearibus incisis, pinnulis apice denticulatis. *Ait. Kew.* 3. *p.* 466.

Aehnlicher Wurmfarrn. W.

Habitat in Madera. ♃.

* 141. ASPIDIUM *umbrosum.*

A. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis lanceolatis decurrentibus inciso-serratis, serraturis inferioribus bidentatis, soris contiguis demum confluentibus. W.

A. pinnis bipinnatifidis oppositis, pinnulis ovatis acuminatis, laciniis oblongis obtusis serratis. *Swartz synop. filic.* 60?

Polypodium (*umbrosum*) fronde tripinnata glabra, pinnis lanceolato-linearibus serratis adnatis multifloris, *Ait. Kew.* 3. *p.* 466.
Schattiger Wurmfarrn. W.
Habitat in Madera. ♃. *(v. s.)*

Stipes *quinquepollicaris et longior glaber.* Frondes *tripedales triplicato-pinnatae.* Pinnae *primariae sexpollicares; secundariae sesquipollicares acuminatae.* Pinnulae *lanceolatae decurrentes profunde serratae acutae.* Serraturae *inferiores apice bidentatae, superiores indivisae.* Sori *oblongi copiosi, demum confluentes. Aspidium umbrosum Schkuhr. crypt. t.* 61. *est longe alia species et Swartzii diagnosis mihi etiam dubia. Specimen meum in horto Kewensi est lectum.* W.

* 142. ASPIDIUM *expansum.* W.

A. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis oblongo-lanceolatis obtusis decurrentibus serratis. W.
Ausgedehnter Wurmfarrn. W.
Habitat in America *meridionali?* ♃. *(v. s.) D. Flügge.*

Frons *triplicato-pinnata. Vidi tantum pinnam primariam.* Pinna *primaria sex- vel septempollicaris.* Pinnae *secundariae sesquipollicares acuminatae.* Pinnulae *trilineares oblongo-lanceolatae obtusae sessiles decurrentes glabrae serratae, serraturis obtusis.* Sori *oblongi recti.* W.

* 143. ASPIDIUM *javense.* W.

A. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis oblongo-lanceolatis pinnatifidis sessilibus basi cuneatis, laciniis triangularibus integerrimis, infima margine superiore unidentata, rachibus hirtis. W.
Javanischer Wurmfarrn. W.
Habitat in Java. ♃. *(v. s.) Ventenat.*

Stipes *septempollicaris nitidus scaber.* Fron-

des *tripedales et longiores triplicato-pinnatae.* Pinnae *primariae octopollicares et longiores.* Pinnae *secundariae sesquipollicares.* Pinnulae *bi- vel quadrilineares lanceolato-oblongae rigidae sessiles, basi cuneatae, utrinque praesertim supra in venis hispidae, pinnatifidae.* Laciniae *triangulares obtusae integerrimae, infima in margine superiore levissime unidentata.* Raches *hispidae.* W.

144. ASPIDIUM *Boryanum.* W.

A. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis lanceolatis obtusis decurrentibus, laciniis truncato-obtusis integerrimis, stipite rachibusque glabris. W.

A. (*elatum*) fronde ovato-lanceolata tripinnata, pinnis alternis, laciniis ovato-dentatis, stipite glabro. *Bory in litt.*

Boryscher Wurmfarrn. W.

Habitat in sylvis insulae Borboniae. ♃. *(v. s.)*

Stipes *glaber.* Raches *glaberrimae.* Frondes *quadripedales.* Pinnae *primariae alternae pedales.* Pinnae *secundariae bipollicares.* Pinnulae *quadripollicares lanceolatae obtusae pinnatifidae oppositae distantes decurrentes.* Laciniae *oblongae integerrimae truncato-obtusae.* W.

145. ASPIDIUM *scandicinum.* W.

A. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis lanceolatis acutis pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis apice subbidentatis, rachibus paleaceis. W.

Kerbelblättriger Wurmfarrn. W.

Habitat in insula Borboniae. ♃. *(v. s.) D. Flügge.*

Lingua cervina medio folii nervo in aculeum abeunte. *Moris. hist.* 3. *p.* 557. *s.* 14. *t.* 1. *f.* 9.

δ. S. *dedaleum* fronde apice dedalea. *Willd. enum.* 1073.

Lingua cervina sive Phyllitis multifida. *Moris. hist.* 3. *p.* 557. *s.* 14. *t.* 1. *f.* 2.

ε. S. *multifidum* fronde undulata apice multifida crispa. W.

Phyllitis s. Lingua cervina crispa folio multifido ramoso. *Pluk. phyt. t.* 248. *f.* 2.

Lingua cervina ramosa minor crispa uno pediculo trifolia. *Moris. hist.* 3. *p.* 557. *s.* 14. *t.* 8. *Schkuhr. crypt. t.* 83. *f. b.*

ζ. S. *ramosum* stipite ramoso, fronde divisa apice undulata. W.

Lingua cervina. *Tournef. inst. t.* 320.

η. S. *sagittatum* fronde lanceolata basi cordato-sagittata. W.

Hemionitis vulgaris. *Bauh. pin.* 353. *Moris. hist.* 3. *p.* 560. *s.* 14. *t.* 1. *f.* 1.

Hemionitis vera. *Clus. hist.* 2. *p.* 214. *Dod. pempt.* 467.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 135.

Gemeine Hirschzunge. W.

Habitat in Europae *umbrosis nemorosis saxosis.* ♃. *(v. v.)*

Varietas η mihi ignota, videtur species diversa. W.

2. SCOLOPENDRIUM *Hemionitis.*

S. frondibus lanceolatis, basi hastato-sagitatis, lobis deorsum angulatis, stipitibus laevibus. W.

S. frondibus hastato-lanceolatis subquinquelobis, lobo medio longiore, stipitibus laevibus. *Swartz synop. filic.* 90. *Cav. Annal. de cienc. nat.* 5. *p.* 150. *t.* 41. *f.* 2. *Schkuhr. crypt.* 79. *t.* 84.

Asplenium *(Hemionitis)* frondibus simplicibus cordato-hastatis quinquelobis integerrimis, stipitibus laevibus. *Sp. pl.* 1536.

Hemionitis peregrina. *Clus. hist.* 2. *p.* 214. *Dod. pempt.* 467. *Tournef. inst.* 546. *t.* 322. *f. A. Moris. hist.* 3. *p.* 560. *s.* 14. *t.* 1. *f.* 2. *Petiv. gazoph. t.* 126. *f.* 5.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 134.

Fünfeckige Hirschzunge. W.

Habitat in Italia; Hispania. ♃. *(v. s.)*

* 1969. DIPLAZIUM.

Swartz synop. filic. p. 4.

Sori lineares sparsi gemini ab eadem vena frondis orti simplices vel ramosi. *Indusia* geminata e venis orta, utrumque exterius dehiscens.

† *Fronde simplici.*

1. DIPLAZIUM *plantagineum.*

D. frondibus simplicibus oblongis utrinque acutis obtuse serratis, stipite tetragono. W.

D. frondibus simplicibus ovato-lanceolatis serrato-crenatis, stipite tetragono. *Swartz synop. filic.* 91. *t.* 2. *f.* 4. *Schkuhr. crypt.* 80. *t.* 85.

Asplenium *(plantagineum)* frondibus simplicibus ovato-lanceolatis subcrenatis, stipite subtetragono. *Sp. pl.* 1537.

Asplenium acaule minus, foliis oblongis, petiolis glabris. *Brown jam.* 92.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13 *p.* 140.

Wegetrittblättriger Doppelhaufen. W.

Habitat in Jamaica. ♃.

* 2. DIPLAZIUM *castaneaefolium.* †

D. frondibus simplicibus ovato-lanceolatis mucronatis apice serratis. *Swartz synop. filic.* 91.

Callipteris *(castaneifolia)* frondibus ovato-lanceolatis mucronatis, extremitate serratis. *Bory itin.* 1. *p.* 282.

Kastanienblättriger Doppelhaufen. W.

Habitat in insula St. Thomae. ♃.

†† *Fronde pinnata.*

* 3. DIPLAZIUM *grandifolium.*

D. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis apice serratis basi superiore truncatis, inferiore rotundato-subcuneatis. W.

D. frondibus pinnatis, pinnis lato-lanceolatis

subserratis basi angulatis. *Swartz synop. filic.* 91.

Asplenium (*grandifolium*) frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis subserratis, basi superiore rectangulosis, inferne rotundatis. *Swartz prod.* 130.

Hemionitis grandifolia. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1605.

Grofsblättriger Doppelhaufen. W.

Habitat in umbrosis Jamaicae. ♃. (*v. s.*)

* 4. DIPLAZIUM *juglandifolium.*

D. frondibus pinnatis, pinnis ovato-lanceolatis integerrimis utrinque attenuatis. *Swartz synop. filic.* 91. *et* 282.* *Schkuhr. crypt.* 80. *t.* 85.

Asplenium (*juglandifolium*) frondibus pinnatis, pinnis alternis lanceolatis integerrimis, supremis fructificantibus. *Lam. encycl.* 2. *p.* 304.*

Filix maxima in pinnas tantum divisa oblongas latasque non crenatas. *Sloan jam. hist.* 1. *p.* 82. *t.* 37. *Raj. suppl.* 73.

Wallnufsblättriger Doppelhaufen. W.

Habitat in Jamaica. ♃.

* 5. DIPLAZIUM *sylvaticum.* †

D. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis dentatis. *Swartz synop. filic.* 92. *Schkuhr. crypt.* 80. *t.* 85. *b.*

Callipteris (*sylvatica*) frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis regulariter dentatis, fructificationibus omnibus distinctis. *Bory itin.* 1. *p.* 282.*

Wald-Doppelhaufen. W.

Habitat in sylvis interioribus insulae Mauritii. ♃.

* 6. DIPLAZIUM *nitidum.*

D. frondibus pinnatis nitidis, pinnis oblongis obtusis serrulatis, basi obtusangulis, soris parallelis remotis. *Swartz synop. filic.* 92. *et*

283.* *Cav. annal. de cienc. nat.* 19. *p.* 67. *t.* 48.
Glänzender Doppelhaufen. W.
Habitat in insulis Marianis. ♃.

* 7. DIPLAZIUM *undulosum.*
D. frondibus pinnatis, pinnis oblongo-lanceolatis acuminatis, basi rotundatis subcuneatis, margine repandis undulatis, soris decussantibus. W.
D. frondibus pinnatis, pinnis lato-lanceolatis acuminatis, basi utrinque subauritis, margine undulatis inciso-crenatis, soris per paria decussantibus. *Swartz synop. filic.* 92. *et* 284.* *exclusis synonymis praeter Plumierum.*
Lingua cervina aspera et undulosa. *Plum. fil.* 89. *t.* 107.
Phyllitis ramosa margine membranaceo et striis undulatis. *Petiv. fil.* 109. *t.* 7. *f.* 1.
Wellenförmiger Doppelhaufen. W.
Habitat in Martinica. ♃.

††† *Fronde bipinnata.*

* 8. DIPLAZIUM *umbrosum.* W.
D. frondibus bipinnatis, pinnulis petiolatis subcordatis lanceolatis acutis, superioribus obtusis, pinnatifidis, laciniis oblongis truncatis, apice denticulatis. W.
Schatten-Doppelhaufen. W.
Habitat in montosis umbrosis ad Caracas. ♃. *(v. s.) Bredemeyer.*

Stipes *laevis.* Frons *bipedalis et altior.* Pinnae *alternae, inferiores quinque- vel sexpollicares, summae sesquipollicares.* Pinnulae *sesquipollicares et breviores alternae petiolatae, lanceolatae, basi subcordatae utrinque glabrae, pinnatifidae, laciniis oblongis truncato-obtusis apice denticulatis, inferiores apice acutae, superiores vero obtusae.* Sori *geminati generis, lineares breves, solitarii ad basin cujuslibet laciniae.* W.

* 9. DIPLAZIUM *expansum*. W.

D. frondibus bipinnatis, pinnulis petiolatis lanceolatis acuminatis, basi truncatis, pinnatifidis, laciniis oblongis truncato-falcatis apice obsolete denticulatis, soris decussatis, rachi pubescente. W.

Ausgebreiteter Doppelhaufen. W.

Habitat in montosis umbrosis ad Caracas. ♃. *(v. s.) Bredemeyer.*

Frons *quadripedalis.* Pinnae *alternae inferiores sesquipedales.* Pinnulae *bi- vel tripollicares, superiores sensim minores, lanceolatae acuminatae, basi truncatae, pinnatifidae, laciniis oblongis subfalcato-truncatis, apice dentibus aliquot vel nullo instructis, supra glabrae, subtus punctato-pubescentes.* Rachis *pubescens.* Sori *geminati decussati.* W.

* 10. DIPLAZIUM *esculentum*.

D. frondibus bipinnatis, pinnulis petiolatis lanceolatis acuminatis, basi truncatis subcuneatis, pinnatifido-incisis, laciniis rotundato-obtusis apice denticulatis, duobus inferioribus majoribus, soris decussatis confertissimis, rachi glabra. W.

D. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis subpinnatifidis, laciniis ovatis obtusis serrulatis, baseos majoribus, soris approximatissimis. *Swartz synop. filic.* 92. *et.* 285.*

Hemionitis *(esculenta)* fronde pinnata, pinnis alternis lanceolatis crenatis, basi subauriculatis. *Retz. obs.* 6. *p.* 38.*

Esſbarer Doppelhaufen. W.

Habitat in India *orientali.* ♃. *(v. s.) D. Klein.*

Frons *re vera bipinnata. Clariss. Viri Retzius et Swartz pinnam pro fronde integra sumserunt et inde frondem simpliciter pinnatam descripserunt.* W.

* 11. DIPLAZIUM *arborescens.*

D. frondibus bipinnatis, pinnulis sessilibus lan-

ceolatis acuminatis, basi truncato-cuneatis, pinnatifidis, laciniis oblongis rotundato-obtusis, apice serratis, soris decussatis, caudice arborescente. W.

D. frondibus bipinnatis, pinnulis lanceolato-linearibus inciso-crenatis subpinnatifidis. *Swartz synop. filic.* 92.

Callipteris (*arborescens*) frondibus bipinnatis. *Bory itin.* 1. *p.* 283.

Baumartiger Doppelhaufen. W.

Habitat in insula Borboniae. ♄. (*v. s.*)

Caudex *arborescens.* Frondes *quadri- vel sexpedales et longiores.* Pinnae *alternae sesqui- vel bipedales.* Pinnulae *tripollicares, superiores sensim minores, sessiles, lanceolatae acuminatae, basi truncato-cuneatae, utrinque glabrae, pinnatifidae, laciniis oblongis rotundato-obtusis, apice acute serratis.* Sori *lineares tenues decussati generis.* Rachis *paleis valde dissitis squamaeformibus minutis obsita. Differt a praecedente:* caudice *arborescente,* pinnulis *pinnatifidis,* laciniis *profundioribus, duabus inferioribus non longioribus, apice acute serratis,* soris *quidem decussatis, sed non tam arcte approximatis, denique* rachi *squamoso-paleacea.* W.

1970. PTERIS.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 1626.

Sori continui lineares marginales. *Indusium* e margine frondis inflexum interius dehiscens.

† *Fronde simplici.*

1. PTERIS *piloselloides.*

P. frondibus simplicibus, sterilibus subrotundo-ovatis obovatisque, fertilibus longioribus lineari-cuneatis obtusis, caudice filiformi repente. W.

P. frondibus sterilibus obovatis, fertilbus lanceolatis longioribus, surculis reptantibus. *Sp. pl.* 1530. *Banks ic. Kaempf. t.* 31. *Thunb. jap.* 331.
P. frondibus sterilibus subrotundis obovatisque, fertilibus longioribus linearibus obtusis e surculo repente. *Swartz synop. filic.* 94. et 286. *t.* 2. *f.* 2. *Schkuhr. crypt.* 83. *t.* 87.
Filix malabarica. *Petiv. gazoph.* 3. *t.* 53. *f.* 12.
Tsta-Mongira. *Kaempf. amoen.* 887.
Mauseöhrleinblättriger Saumfarrn. W.
Habitat in Malabaria, Zeylona, Japonia. ♃.

* 2. PTERIS *elliptica.* W. †

P. frondibus simplicibus ovato-ellipticis obtusiusculis, caudice filiformi repente. W.
Pteris piloselloides. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 101. *t.* 96. *f.* 1.
Elliptischer Saumfarrn. W.
Habitat in Zeylona. ♃.

Frondes *steriles et fructificantes conformes ellipticae, basi acutae, apice obtusae.* W.

3. PTERIS *lanceolata.*

P. frondibus simplicibus lanceolatis utrinque acutis, subintegerrimis, apice fructificantibus. W.
P. frondibus simplicibus lanceolatis subangulatis glabris, apice fructificantibus. *Sp. pl.* 1530. *Swartz synop. filic.* 94.
Lingua cervina foliis acutis et ad oras summitatum pulverulentis. *Plum. amer.* 28. *t.* 40. *fil.* 116. *t.* 132. *Moris. hist.* 3. *p.* 558. *Raj. suppl.* 52.
Phyllitis lineata hinc inde dentata. *Petiv. fil.* 123. *t.* 6. *f.* 5.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 101.
Lanzettblättriger Saumfarrn. W.
Habitat in Hispaniola, Jamaica. ♃.

* 4. PTERIS *scolopendrina.*

P. frondibus simplicibus lineari-lanceolatis en-

siformibus acutis integerrimis venosis erectis. W.

P. frondibus lanceolato-linearibus acutis integerrimis. *Bory itin.* 2. *p.* 323.*

P. frondibus ensiformibus acutis integris erectis parallele nervosis a medio ad apicem soriferis. *Swartz synop. filic.* 94.

Hirschzungenartiger Saumfarrn. W.

Habitat in insulae Borboniae *arboribus putridis.* ♃.

* 5. PTERIS *angustifolia.*

P. frondibus simplicibus lineari-lanceolatis integerrimis erectis reticulato-venosis, basi in stipitem attenuatis. W.

P. frondibus lanceolato-linearibus integris erectis margine toto fructificantibus. *Swartz synop. filic.* 95. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1599.* *Ejusd. prod.* 129.

Schmalblättriger Saumfarrn. W.

Habitat ad latera depressa rupium Jamaicae *et* Hispaniolae *saxis muscosis adnascens.* ♃.

6. PTERIS *tricuspidata.*

P. frondibus simplicibus linearibus basi angustatis, apice trifidis acuminatis. W.

P. frondibus simplicibus linearibus, apice trifido. *Sp. pl.* 1531. *Swartz synop. filic.* 95.

Lingua cervina angusto trifidoque folio. *Plum. fil.* 121. *t.* 140.

Phyllitis lineata apice trifido. *Petiv. fil.* 124. *t.* 10. *f.* 6.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst 13. *p.* 102.

Dreispitziger Saumfarrn. W.

Habitat in Hispaniolae *sylvis.* ♃.

†† *Fronde palmata.*

* 7. PTERIS *palmata.* W.

P. frondibus profundissime quinquelobo-palmatis, lobis pinnatifidis, laciniis lineari-lan-

ceolatis acuminatis, infima lobi intermedii deorsum medio subpinnatifida sursum integerrima, sinubus rotundatis. W.
Handförmiger Saumfarrn. W.
Habitat ad Caracas. ♃. *(v. s.) Bredemeyer.*

Stipes *sexpollicaris atro-fuscus nitidus, exacte teres, glaber frondem versus, sub lente, tenuissime pubescens.* Frons *profundissime quinquelobo-palmata glabra, nervis subtus atro-fuscis.* Lobus *intermedius quadripollicaris vel longior, profunde pinnatifidus, laciniis lineari-lanceolatis acuminatis, infima tripollicari margine superiore integerrima, margine inferiore vel integerrima vel laciniis duabus tribusve brevibus medio instructa.* Lobi *laterales tripollicares pinnatifidi, laciniis marginis superioris brevioribus.* Lobi *infimi tripollicares margine superiore subintegerrimi, margine inferiore medio lacinia unica vel duabus brevibus instructi.* Sinus *loborum et laciniarum rotundati. Valde similis P. pedatae et caute distinguenda, differt enim:* fronde *majore,* sinubus *rotundatis nec acutis,* lobo *intermedio basi non longissime cuneato,* laciniis *infimis lobi intermedii non utrinque pinnatifidis.* W.

8. PTERIS *pedata.*

P. frondibus profundissime quinquelob[illegible]tis, lobis pinnatifidis, laciniis lineari-l[illegible]latis acutis, infima lobi intermedii utrinque pinnatifida, lobo intermedio basi longissime cuneato, sinubus acutis. W.

P. frondibus quinquangulis trifoliatis, pinnis pinnatifidis, lateralibus bipartitis. *Sp. pl.* 1532.

P. frondibus quinquangulis trilobatis tripartitisque glaberrimis, laciniis pinnatifidis, lateralibus bipartitis, deorsum auritis. *Swartz synop. filic.* 105. *Schkuhr. crypt.* 91. *t.* 100.

P. fronde simplici quinquangula producta tripartita, intermedia trifida, lateralibus bifidis. *Hort. cliff.* 473.

Hemionitis profunde laciniata ad oras pulverulenta. *Plum. amer.* 24. *t.* 34. *fil.* 130. *t.* 152.
Hemionitis foliis atro-virentibus maxime dissectis s. filix geranii robertiani folio. *Sloan jam.* 15. *hist.* 1. *p.* 73.
Filix marginifera geranii folio. *Petiv. fil.* 176. *t.* 8. *f.* 12.
Filix Hemionitis americana, petroselini foliis profunde laciniatis. *Pluk. alm.* 155. *t.* 286. *f.* 5. *Raj. suppl.* 55.
Adiantum monophyllum americanum foliis profunde laciniatis ad oras pulverulentum. *Moris. hist.* 3. *p.* 592.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 110.
Tieflappiger Saumfarrn. W.
Habitat in Jamaica, Hispaniola, Virginia. ♃. *(v. s.)*

Stipes *quinque- seu sexpollicaris atro-fuscus teres nitidus, linea longitudinali pubescente supra instructus, et frondem versus, sub lente, tenuissime pubescens.* Frons *profundissime quinquelobo-palmata glabra, nervis subtus atro-fuscis.* Lobus *intermedius tri- vel quadripollicaris profunde pinnatifidus, laciniis lineari-lanceolatis acutis, infima bipollicaris utrinque pinnatifida, laciniis brevibus.* Basis *lobi intermedii longissime attenuato-cuneata.* Lobi *laterales tripollicares pinnatifidi, laciniis marginis superioris brevioribus.* Lobi *infimi tripollicares utrinque pinnatifidi, laciniis marginis inferioris longioribus.* Sinus *loborum et laciniarum acuti.* W.

* 9. PTERIS *concolor.*

P. frondibus profundissime quinquelobo-palmatis, lobo intermedio pinnatifido, laciniis lanceolatis obtusis sinuato-repandis, lobis lateralibus subpinnatifido-sinuatis obtusis, sinubus acutis. W.
Pteris concolor. *Langsdorff et Fischer ic. filic.* *t.* 21.

Gleichfarbiger Saumfarrn. W.
Habitat in Nukahiwa. ♃. *(v. s.)*

Stipes *et* Nervi *subtus atro-fusci, ut in praecedentibus.* W.

††† *Fronde ternata.*

* 10 PTERIS *woodwardioides.*

P. frondibus ternatis, foliolis pinnatifidis reticulato-venosis, laciniis lanceolato-falcatis integerrimis, foliolo intermedio petiolato. W.
P. fronde pinnata, pinnis pinnatifidis infimis auriculatis, laciniis falcatis reticulatis. *Bory in litt.*
Woodwardienartiger Saumfarrn. W.
Habitat in insula Borboniae. ♃. *(v. s.)*

Stipes *sex- vel septempollicaris viridis semiteres glaber, supra tricarinatus.* Frons *ternata sterilis quinquepollicaris, fructificans septempollicaris.* Folia *lateralia sessilia, intermedium breve petiolatum;* sterile *reticulato-venosum pinnatifidum, laciniis oblongo-lanceolatis subfalcatis acutis integerrimis fere pollicaribus, foliorum lateralium superioribus brevioribus;* fructificans *reticulato-venosum pinnatifidum, laciniis lineari-lanceolatis acutis falcatis sesquipollicaribus, foliorum lateralium superioribus brevioribus.* Sorus *linearis marginalis continuus.* Indusium *membranaceum.* W.

* 11. PTERIS *argentea.*

P. frondibus subtus albo-farinosis, sterilibus trilobis crenatis, lobo intermedio trilobo, lateralibus bilobis, lobo superiore subtrilobo; fructificantibus ternatis crenatis, foliis pinnatifidis, intermedii lacinia infima pinnatifido-sinuata. W.
P. frondibus quinquangulis trilobis subfoliatisque, subtus candido-pulverulentis, laciniis pinnatifidis, lateralibus bipartitis. *Swartz synop. filic.* 105. *et* 301.*

Pteris pedata varietas sibirica. *Sp. pl.* 1532. *Pall. it.* 3. *p.* 321.
Pteris argentea. *Gmel. in Nov. Comm. Petrop.* 12. *p.* 519. *t.* 12. *f.* 1.
Silberner Saumfarrn. W.
Habitat in rupibus Sibiriae *orientalis, ad lacum* Baical. ♃. (*v. s.*)

* 12. PTERIS *argyrophylla.*

P. frondibus subtus albo-farinosis, ternatis crenatis, folio intermedio pinnatifido, basi subpinnato, laciniis sinuato-pinnatifidis obtusis, foliis lateralibus pinnatifidis obtusis, lacinia infima inferiore elongata pinnatifido-sinuata. W.
P. frondibus subquinquangulis subtus candido-pulverulentis bipinnatifidis, laciniis crenatis, pinnarum inferioribus deorsum pinnatifidis. *Swartz synop. filic.* 105.
P. (*argentea*) frondibus subbipinnatis, pinnis oppositis, imis profundissime pinnatifidis. *Bory it.* 1. *p.* 327.*
Silberblättriger Saumfarrn. W.
Habitat in insula Borboniae. ♃. (*v. s.*)

Stipes *atro-fuscus nitidus teres tri- vel sexpollicaris.* Frons *ternata tri- vel sexpollicaris, subtus albo-farinosa.* Folium *intermedium pinnatifidum basi subpinnatum, laciniis pinnatifido-sinuatis, lacinulis obtusis crenatis, inferioribus sesqui- vel bipollicaribus, superioribus sensim minoribus.* Folia *lateralia profunde pinnatifida, laciniis linearibus obtusis subrepandis crenatis, infima inferiore reliquis multo-longiore, pinnatifido-incisa, lacinulis obtusis crenatis.* Sorus *marginalis flavus continuus angustus.* Indusium *membranaceum subfarinosum.* W.

* 13. PTERIS *sulphurea.*

P. frondibus subtus sulphureo-farinosis terna-

tis, foliis pinnatis obtusis; intermedio petiolato; lateralibus bipartitis. W.

P. frondibus quinquangulis subbipinnatis subtus sulphureo-pulverulentis, pinnis infimis bipartitis, pinnulis coadunatis linearibus obtusis. *Swartz synop. filic.* 105.

P. foliis trifoliatis, foliis lateralibus, folio breviore ad basin auctis, intermedio petiolato, omnibus pinnatis, subtus sulphureis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 667.

Schwefelfarbener Saumfarrn. W.

Habitat ad Cimapan *in* Nova Hispania. ♃.

†††† *Fronde quinata.*

* 14. PTERIS *pentaphylla.* W. †

P. frondibus quinatis, foliis subsessilibus lanceolatis acuminatis argute serratis. W.

Filix singularis sine fructificatione. *Bory itin.* 1. *p.* 329.

Fünfblättriger Saumfarrn. W.

Habitat in rupibus insulae Borboniae. ♃. (*v. s. s. fructif.*)

Stipes *sexpollicaris tetragonus canaliculatus viridis.* Frons *quinata.* Folium *intermedium tri- vel quadripollicare subsessile lanceolatum acuminatum argute mucronato-serratum tenuissime parallelo-venosum.* Folia *lateralia ejusdem figurae, sed bipollicaria et exteriora tantum pollicaria.* Fructificationem *non vidi, folia vero sterilia consistentia, colore et facie exacte ut in P. cretica.* W.

††††† *Fronde pinnatifida.*

* 15. PTERIS *pilosa.* †

P. frondibus pinnatifidis coriaceis, pinnis integris vel obtuse lobatis albido-punctatis, nervis subtus stipiteque pilosis. *Swartz synop. filic.* 103. *Lam. encycl.* 5. *p.* 717.

Haariger Saumfarrn. W.

Habitat in insula Mauritii. ♃.

†††††† *Fronde pinnata.*

16. PTERIS *rotundifolia.*

P. frondibus pinnatis, pinnis subrotundo-obovatis obtusis apice obsolete dentatis, stipite rachibusque paleaceo-hispidis, caudice repente. W.

P. frondibus pinnatis hispidis, pinnis suboppositis subrotundis, obsolete crenatis. *Forst. prod. n.* 420. *Swartz synop. filic.* 102. *et* 297.* *Schkuhr. crypt.* 90. *t.* 99.

Rundblättriger Saumfarrn. W.

Habitat in Nova Zeelandia. ♃. *(v. s.)*

Caudex *repens paleis ovato-lanceolatis integerrimis obtectus.* Stipes *atro-fuscus bipollicaris et longior paleaceus.* Rachis *atro-fusca paleis lanceolatis et setis articulatis copiosis obsita.* Frons *pedalis pinnata.* Pinnae *suboppositae trilineares et breviores rigidae subrotundo-obovatae brevissime petiolatae, basi obsolete cordatae, apice rotundato-obtusae obsolete subdentatae, quandoque dente unico brevi instructae.* W.

17. PTERIS *trichomanoides.*

P. frondibus pinnatis, pinnis oblongis obtusis obsolete subrepandis, inferioribus basi auriculatis, margine hirtis, subtus albo-farinosis, rachi hirta. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis subovatis obtusis repandis, subtus hirsutis. *Sp. pl.* 1532. *excluso synonymo Plukenetii. Hort. cliff.* 473. *Swartz synop. filic.* 102. *Schkur. crypt.* 91. *t.* 99.

Trichomanes majus, pinnis sinuatis subtus niveis. *Sloan jam.* 17. *hist.* 1. *p.* 80. *t.* 35. *f.* 1. *Raj. suppl.* 60.

Trichomanes argenteum ad oras nigrum. *Plum. fil.* 57. *t.* 75? *Petiv. fil.* 137. *t.* 9. *f.* 16?

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 108.

Knöpfchenfarrnähnlicher Saumfarrn. W.
Habitat in Jamaica. ♃. *(v. s.)*

Stipes *atro-fuscus pollicaris paleis sparsis obsitus.* Rachis *ejusdem coloris paleis numerosis tenuibus hirtus.* Frons *pinnata tri- vel quadripollicaris et longior.* Pinnulae *unguiculares oblongae rotundato-obtusae subrepandae, inferiores basi auriculatae, margine pilis rufis copiosis obsitae, subtus albo-farinosae.* Sorus *marginalis.* Capsulae *flavo-fuscae.* Indusium *brevissimum vix ullum. Figura Plumeri et hujus apographum Petiverii filicem diversam repraesentare videtur.* W.

* 18. PTERIS *imbricata.*

P. frondibus pinnatis, pinnis minimis orbiculatis subimbricatis supra albido-cinereis, subtus luteo-pubescentibus, fronde lineari, apice caudato-villoso. *Swartz synop. filic.* 102.
Pteris orbicularis. *Lam. encycl.* 5. *p.* 710.
Dachziegelblättriger Saumfarrn. W.
Habitat in Peru. ♃.

* 19. PTERIS *varia.*

P. frondibus pinnatis, pinnis inferioribus subrotundis, superioribus ovatis, basi utrinque subauritis. *Swartz synop. filic.* 103. *et.* 298.
Abweichender Saumfarrn. W.
Habitat in India *orientali.* ♃.

Frondes *plures e radice paleis pallide ferrugineis nitidis squamosae, simplices, spithamaeae, glabrae, pinnatae.* Stipites *brevissimi teretiusculi purpurescentes nitidi, versus radicem squamulis nonnullis filamentosis obsiti.* Pinnae *suboppositae subsessiles, inferiores subrotundae integrae venosae, superiores ovatae vix semipollicares trapezoideae, basi utrinque obsolete auritae, horizontales, laete virides.* Sori *marginales continui.* Indusia *e margine pinnarum subcrenulato.* Swartz l. c.

20. PTERIS *auriculata.*

P. frondibus pinnatis, pinnis infimis subrotundis obtusis, intermediis trilobis integerrimis obtusis, superioribus oblongis acutiusculis indivisis integerrimis sursum subauritis, fructiferis crenulatis. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis ovatis sursum auritis integris subpinnatifidisque, fructiferis acutis crenulatis. *Swartz synop. filic.* 103.

Adiantum *(auriculatum)* fronde pinnata, pinnis auriculatis indivisis pinnatifidisque. *Thunb. prod.* 173.

Geöhrter Saumfarrn. W.

Habitat ad Cap. b. spei. ♃. *(v. s.)*

21. PTERIS *indica.* †

P. frondibus pinnatis, pinnis suboppositis acutis dentatis, basi rotundatis vix excisis, infimis brevioribus, fertilibus integris. *Lamarck encycl.* 5. *p.* 712. *Swartz synop. filic.* 102.

Indischer Saumfarrn. W.

Habitat in Java. ♃.

22. PTERIS *aurea.* †

P. frondibus pinnatis, pinnis ovatis crenulatis, subtus tomentosis cinereis, supra pubescenti-luteis. *Lamarck encycl.* 5. *p.* 710. *Swartz synop. filic.* 102.

Goldfarbiger Saumfarrn. W.

Habitat in Peru. ♃.

23. PTERIS *polypodioides.* †

P. frondibus pinnatis, pinnis suboppositis approximatis lanceolatis acuminatis crenatis subhirsutis, fructificationibus interruptis confluentibus, stipite longissimo nudo. *Lamarck encycl.* 5. *p.* 716. *Swartz synop. filic.* 103.

Engelsüſsartiger Saumfarrn. W.

Habitat in Brasilia. ♃.

* 24. PTERIS *pectinata.*

P. frondibus pinnatis, pinnis sessilibus linearibus obtusis rigidis, margine revolutis. *Swartz synop. filic.* 103.

P. foliis pinnatis, pinnulis linearibus rigidis sessilibus. *Cav. prael.* 1801. *n.* 656.

Kammförmiger Saumfarrn. W.

Habitat in insulis Marianis. ♃.

Frons *unacum stipite octo- vel decempollicaris.* Pinnae *pollicares lineam latae.* Cav. l. c.

* 25. PTERIS *cuspidata.* †

P. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis cuspidatis serratis. *Thunb. prod.* 171.

Zugespitzter Saumfarrn. W.

Habitat ad Cap. b. spei. ♃.

* 26. PTERIS *tabularis.* †

P. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis sessilibus, summa trifida. *Thunb. prod.* 171.

Tafelbergs-Saumfarrn. W.

Habitat ad Cap. b. spei. ♃.

27. PTERIS *stipularis.*

P. frondibus pinnatis, pinnis linearibus sessilibus integerrimis basi stipulatis, stipulis lanceolatis decussatis. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis linearibus sessilibus, stipulis lanceolatis. *Sp. pl.* 1532. *Swartz synop. filic.* 96.

Filix altera longissimis angustis ad basin foliosis foliolis. *Plum. amer.* 12. *t.* 19. *fil.* 53. *t.* 70.

Filix lineata ad basin foliosa. *Petiv. fil.* 130. *t.* 12. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 107.

Afterblättriger Saumfarrn. W.

Habitat in Hispaniola. ♃.

* 28. PTERIS *ensifolia.*

P. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis

acuminatis sessilibus, basi superiore subauriculatis, caudice repente. W.

P. foliis pinnatis, foliolis longissimis sessilibus, basi sursum excisis. *Desf. atl.* 2. *p.* 401.*

P. frondibus pinnatis, pinnis sessilibus longissimis lanceolatis attenuatis, basi sursum excisis, fronde pyramidali. *Swartz synop filic.* 95. *excluso synonymo Alpini.*

Polypodium majus, acutioribus foliis cordubense. *Barr. ic.* 1111. *Bocc. mus. t.* 46.

Filix Lonchitis facie, foliis angustis pellucidis auriculatis. *Shaw spec. n.* 241.

Schwerdblättriger Saumfarrn. W.

Habitat ad rivulos Algiriae *inque* Hispania. ♃.

Facile a congeneribus affinibus caudice repente distinguenda. Phyllitis ramosa Alpin exot. 67. *t.* 66. *est diversa species nondum satis cognita, pinnis petiolatis basi subsagittatis et caudice non repente differens.* W.

*29. PTERIS *costata.*

P. frondibus pinnatis, pinnis linearibus sessilibus basi inaequaliter cordatis minutissime cartilagineo-denticulatis, stipite rachique glabris. W.

Pteris costata, *Bory in litt.*

Feinrippiger Saumfarrn. W.

Habitat in insulae Mauritii *humidis, ad flumen magnum.* ♃. *(v. s.)*

Stipes *laevis.* Frons *bipedalis et altior pinnata.* Pinnae *sexpollicares superiores sensim breviores lineares angustae parallelo-tenuissime venosae, sessiles, basi inaequaliter cordatae, margine videntur integerrimae, sub lente vero observatae denticulis admodum parvis cartilagineis obsitae.* Rachis *glaberrima. Valde affinis P. longifoliae sed* pinnis *copiosioribus apicem frondis versus minoribus* denticulorum *forma et parvitate,* rachique *glaberrima diversa.* W.

30. PTERIS *vittata.*

P. frondibus pinnatis, pinnis linearibus sessilibus, basi subauriculato-cordatis serrulatis, terminali basi subrotundo-cuneata, stipite rachique glabris. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis linearibus rectis, basi rotundatis. *Sp. pl.* 1532. *Osb. it.* 235. *t.* 4. *Swartz synop. filic.* 96.

P. *(obliqua)* fronde pinnata, pinnis lineari-lanceolatis integris erectis, basi obliquis. *Forsk. descr.* 185.

β. P. *(diversifolia)* frondibus pinnatis, pinnis oppositis serrulatis basi retusis, inferioribus ovato-deltoideis minoribus, superioribus lanceolatis obtusis, terminali longissima fructificante. *Swartz synop. filic.* 96. *et* 288.*

Polypodium *(trapezoides)* frondibus pinnatis, pinnis oppositis ovatis denticulatis glabris, impari lanceolata longissima. *Burm. ind.* 233. *t.* 66. *f.* 2.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 106.

Bandförmiger Saumfarrn. W.

Habitat in Arabia *felici,* India *orientali.* ♃. *(v. s.)*

Valde similis sequenti, tamen differre videtur. Polypodium trapezoides Burmanni, ex hujus icone pro specie Aspidii sumsi, et in hoc opere sub nomine Aspidii humilis p. 220. *indicavi. Haec species delenda est, ut nunc ex speciminibus indicis Pteridis vittatae video. Illust Swartz hocce Polypodium Burmanni sub nomine Pteridis diversifoliae descripsit, sed est filix tantum junior hujus speciei, vidi enim specimina intermedia quae transitum demonstrant. In Pteride longifolia, quam saepe e seminibus educavi, plantae juniores ejusdem formae sunt et differunt tantum pinna terminali cordata et rachi strigoso-hirta. Petiverii figura ad Pteridem grandifoliam ob pinnas petiolatas forte pertinet.* W.

31. PTERIS *longifolia.*

P. frondibus pinnatis, pinnis linearibus basi subauriculato-cordatis serrulatis, terminali basi cordata, stipite rachique paleaceo-hirtis. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis linearibus repandis basi cordatis. *Sp. pl.* 1531. *Hort. cliff.* 473. *Jacq. hort. Schoenb.* 3. *p.* 78. *t.* 399. 400. *Swartz synop. filic.* 95. *Schkuhr. crypt.* 84. *t.* 88.

Lonchitis lineata, pinnis longissimis. *Petiv. fil.* 129. *t.* 6. *f.* 12.

Lonchitis americana major, alis longissimis non serratis ad basin auriculatis oppositis ad oras pulverulentis. *Moris. hist.* 3. *p.* 568.

Lonchitis non ramosa longis angustis et ad basin auriculatis foliis. *Plum. fil.* 52. *t.* 69. *Raj. suppl.* 65.

Filix non ramosa longissimis angustis et ad basin auriculatis foliis. *Plum. am[illegible].* 12. *t.* 18.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 100.

Langblättriger Saumfarrn. W.

Habitat in Jamaica, Hispaniola. ♃. *(v. v.)*

32. PTERIS *grandifolia.*

P. frondibus pinnatis, pinnis oblongo-lanceolatis brevissime petiolatis integerrimis, basi cuneatis, stipite rachique glabris. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis oppositis ovato-linearibus acuminatis integerrimis. *Sp. pl.* 1531. *Swartz synop. filic.* 95.

P. fronde pinnata, pinnis lanceolato-linearibus integerrimis sessilibus erectiusculis. *Hort. cliff.* 473.

Pteris vittata. *Schkuhr. crypt.* 84. *t.* 89.

Acrostichum *(marginatum)* frondibus pinnatis, pinnis oblongis integerrimis undulatis acuminatis, stipite nudo. *Sp. pl.* 1526.

Acrostichum erectum simplex, foliis oblongis marginatis et leviter undulatis. *Brown jam.* 105.

Phyllitis ramosa ad margines pulverulenta. *Petiv. fil.* 127. *t.* 6. *f.* 15.
Lingua cervina latifolia membrana tenui marginata. *Plum. fil.* 88. *t.* 106.
Filix latifolia ad margines pulverulenta. *Plum. amer.* 6. *t.* 8.
Filix pinnata latifolia ad margines pulverulenta. *Raj. suppl.* 54.
Filix americana maxima, lobis oppositis acutioribus ad margines pulverulentis. *Moris. hist.* 3. *p.* 571.
Filix major in pinnas tantum divisa oblongas angustasque non crenatas. *Sloan jam.* 18. *hist.* 1. *p.* 84. *t.* 40.
Filix odorata luzonica. *Petiv. gazoph. t.* 63. *f.* 10?
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 194.
Grofsblättriger Saumfarrn. W.
Habitat in Jamaica, Hispaniola, Martinica. ♃. *(v. s.)*

Pinnae *plerumque oppositae, quandoque alternae vel subalternae. Icon Plumieri non optima.* W.

* 33. PTERIS *stricta.* †

P. frondibus pinnatis, pinnis lato-lanceolatis integerrimis petiolatis alternis reticulato-nervosis. *Lam. encycl.* 5. *p.* 713. *Swartz synop. filic.* 96.
Steifer Wurmfarrn. W.
Habitat in insula Mauritii. ♃.

* 34. PTERIS *latifolia.*

P. frondibus pinnatis, pinnis ovato-oblongis acuminatis dentatis petiolatis, terminali pinnatifida, stipite glabro. W.
Pteris latifolia. *Humboldt et Bonpland.*
Breitblättriger Saumfarrn. W.
Habitat in Cumanacoa. ♃. *(v. s.)*

Stipes *glaber.* Frons *bipedalis et forte multo altior.* Pinnae *suboppositae petiolatae oc-*

topollicares, duos vel tres pollices latae ovato-oblongae acuminatae grosse et obtuse serratae, inferiores basi superiore auriculatae; terminalis ampla, basi sex pollices lata, pinnatifido-dentata, vel triloba pinnatifido-dentata. Rachis *glabra.* Sorus *angustus.* Indusium *tenue membranaceum.* Capsulae *cinamomeae.* W.

* 35. PTERIS *difformis.* †

P. frondibus pinnatis, pinnis integerrimis lanceolatis obtusis, superioribus subrotundis, terminali lineari, inferioribus deltoideis obtusis subbinatis, altero lobo majore. *Lam. encycl.* 5. *p.* 713. *Swartz synop. filic.* 97.

Ungestalteter Saumfarrn. W.

Habitat in India *orientali.* ♃.

†††††† *Fronde pinnatifida vel pinnata, pinnis inferioribus compositis.*

* 36. PTERIS *multifida.* †

P. frondibus pinnatis, pinnis oppositis lanceolatis integerrimis, superioribus coadunatis, inferioribus tri- seu sexpartitis, laciniis elongatis. *Lam. encycl.* 5. *p.* 717. *Swartz synop. filic.* 97.

Vieltheiliger Saumfarrn. W.

Habitat . . . . ♃.

* 37. PTERIS *nervosa.*

P. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis integerrimis parallelo-venosis, infimis binatis. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis parallelo-nervosis integris, infimis binatis. *Thunb. jap.* 332.

Adriger Saumfarrn. W.

Habitat in Japonia. ♃.

Stipes *angulatus sulcatus glaber.* Frons *pinnata tota glabra cum stipite sesquipedalis.* Pinnae *infimae binatae, reliquae simplices lan-*

ceolatae integerrimae parallelo-venosae, inferne attenuatae digitales. Thunb. l. c.

* 38. PTERIS *aspera.* †

P. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis integerrimis basi truncatis sursum rotundatis, infimis binatis crenatis, stipite aspero. *Lam. encycl.* 5. *p.* 713. *Swartz synop. filic.* 102.

Rauher Saumfarrn. W.

Habitat in Cajenna. ♃.

* 39. PTERIS *croesus.* †

P. frondibus pinnatis, pinnis crenatis, infimis bipartitis pinnatifidis, soris argenteis. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis infimis auritis biauritisque, fructificationibus argenteis. *Bory itin.* 2. *p.* 192.

P. frondibus pinnatis, pinnis infimis auritis biauritisque, laciniis inferioribus pinnatifidis, soris argenteo-nitidis. *Swartz synop. filic.* 103.

Weifsrandiger Saumfarrn. W.

Habitat in insulae Borboniae *rupibus.* ♃.

Caudex *squamis nitidis fuscis linearibus obsitus.* Stipes *niger in parte superiore glaber, nitidus scaber.* Frons *elegans.* Pinnae *inferiores oppositae bipartitae, lacinia inferior praecipue externe pinnata vel pinnatifida.* Filix *margine crenata.* Bory l. c.

* 40. PTERIS *denticulata.*

P. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis superioribus decurrentibus, duobus paribus inferioribus margine exteriore pinnatifidis, lacinia infima pinnae inferioris longissima, fructificantibus integerrimis, sterilibus mucronato-denticulatis. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis infimis semipinnatifidis, sterilibus denticulato-spinulosis, fertilibus integris. *Swartz prod.* 129. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1600.*

P. frondibus pinnatis, pinnis oppositis lanceolato-ensiformibus denticulato-spinulosis, superioribus decurrentibus, baseos semipinnatifidis, fronde deltoidea. *Swartz synop. filic.* 97.

Gezähnelter Saumfarrn. W.

Habitat in lapidosis umbrosis Hispaniolae. ♃. *(v. s.)*

Frons *fructificans integerrima et tantum apice denticulata.* Frons *sterilis spinuloso-denticulata, et pinnae inferiores utrinque pinnatifidae, lacinia infima elongata iterum pinnatifida.* W.

41. PTERIS *serrulata.*

P. frondibus pinnatis, pinnis linearibus decurrentibus, inferioribus tripartitis, sterilibus acute serratis, fertilibus integerrimis, apice serratis. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis linearibus decurrentibus tripartitis, sterilibus serrulatis. *Willd. enum.* 1073.

P. frondibus subbipinnatis linearibus serrulatis. *Lin. suppl.* 443. *Swartz synop. filic.* 97. *Schkuhr. crypt.* 85. *t.* 91.

P. fronde subbipinnatifida, laciniis linearibus, sterilibus serratis. *Ait. Kew.* 3. *p.* 459.

Filicula cheusanica s. Hemionitis multifido folio tenuissime serrato, ad margines seminifera. *Pluk. amalth.* 94. *t.* 407. *f.* 2.

Keison-Kusa. *Kaempf. amoen.* 912.

Gesägter Saumfarrn. W.

Habitat in Japonia, China, Zeylona. ♃. *(v. v.)*

42. PTERIS *crenata.*

P. frondibus pinnatis, pinnis subpetiolatis basi inaequalibus linearibus, inferioribus tripartitis, sterilibus obtusis acute serratis, fertilibus integerrimis angustioribus acutis apice serratis. W.

P. fronde pinnata, pinnis linearibus apice ser-

rulatis, inferioribus subpinnatis, pinnulis obtusis. *Swartz synop. filic.* 96. *et* 290.*

Filix fronde pinnata, pinnis ensiformibus serratis, inferioribus oppositis, inferne folio longo auctis. *Fl. zeyl.* 424.

Pteris *(ensiformis)* fronde pinnata, pinnis superioribus ensiformibus sub integerrimis, inferioribus oppositis ovatis auriculatis serratis. *Burm. ind.* 231.

Pteris caudata. *Loureiro cochin.* 835.

Polypodium caule simplici, foliis simplicibus variis longis serratis. *Burm. zeyl.* 196. *t.* 87.

Acrostichum trifoliatum e Zeylona. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 90. *t.* 95. *f.* 3.

Gekerbter Saumfarrn. W.

Habitat in Tranquebaria, Zeylona, Java, Cochinchina. 24. *(v. s.)*

Valde similis praecedenti, diversa vero pinnis *breve petiolatis nec sessilibus decurrentibus,* serraturis *obtusioribus,* pinnis *sterilibus obtusis.* W.

* 43. PTERIS *serraria.*

P. frondibus pinnatis, pinnis linearibus attenuatis apice argute serratis, summis subdecurrentibus, inferioribus subpetiolatis basi cuneato-angustatis, infima geminata. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis oppositis lineari-lanceolatis apice denticulato-serrulatis, infimis binatis. *Swartz synop. filic.* 96. *et* 289.*

P. *(cretica)* pinnis oppositis lanceolatis serratis, infimis partitis. *Thunb. prod.* 171.

Scharfgesägter Saumfarrn. W.

Habitat ad Cap. b. spei *in* Groot Vaders bosch. 24. *(v. s.)*

44. PTERIS *cretica.*

P. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis breve petiolatis, basi angustatis serratis, infima bipartita ternatave. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis oppositis lanceo-

latis serrulatis, basi angustatis, infimis subtripartitis. *Mant.* 130. *exclusis synonymis praeter Tournefortii.*

P. frondibus pinnatis, pinnis oppositis lanceolatis oblongisve serrulatis, basi cuneatis, inferioribus tripartitis pinnatisve. *Swartz synop. filic.* 96. *Schkuhr. crypt.* 85. *t.* 90.

P. *(semiserrata)* fronde pinnata, pinnis lineari-lanceolatis, apice serratis, infimis duabus bipartitis. *Forsk. descr.* 186.

Lingua cervina foliis costae innascentibus. *Tournef. inst.* 544. *t.* 321.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 109.

Candischer Saumfarrn. W.

Habitat in Helvetia, Italia, Corsica, Creta, Arabia. ♃. *(v. v.)*

45. PTERIS *subverticillata.*

P. frondibus pinnatis, pinnis ternatis linearibus, intermedia longiore. W.

P. frondibus subbipinnatis, pinnis suboppositis tripartitis, laciniis linearibus margine revolutis. *Swartz synop. filic.* 103.

P. *(ternifolia)* foliis pinnatis, pinnulis triphyllis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 657.

Pteris peruviana. *Lam. encycl.* 5. *p.* 718.

Halbwirtelförmiger Saumfarrn. W.

Habitat in Peru. ♃.

46. PTERIS *atropurpurea.*

P. frondibus pinnatis, pinnis inferioribus ternatis pinnatisve lanceolatis obtusis, basi obtuse truncatis subcordatisve. *Willd. enum.* 1074.

P. frondibus decompositis pinnatis, pinnis lanceolatis, terminalibus longioribus. *Sp. pl.* 1534.

P. frondibus decompositis, inferne bipinnatis, pinnulis lanceolatis basi retusis, terminalibus longioribus, stipite pubescente. *Swartz synop. filic.* 106. *Schkuhr. crypt.* 93. *t.* 101.

P. parvula, stipite castaneo villosiusculo, fronde remote pinnata, pinnis suboppositis stipitatis, obtuse ovalibus etiamve lineari-lanceolatis integerrimis, inferioribus modo auritis, modo 3- 5-foliatis. *Mich. amer.* 2. *p.* 261.
P. adianti facie, caule ramulis petiolisque politiore nitore nigricantibus. *Gron. virg.* 197.
Filicula saxatilis Osmundae facie, foliis variis. *Pluk mant.* 81. *t.* 349. *f.* 1.
β. Pteris spiculata. *Schkuhr. crypt.* 92. *t.* 100.
Filix floridana thalictri monspeliensis foliis rugosis, pediculo nigro, limbo pinnularum pulverulento. *Pluk. amalth.* 93. *t.* 401. *f.* 3.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 118.
Schwarzrother Saumfarrn. W.
Habitat in Pensylvania, Virginia, Carolina. ♃. *(v. v.)*

Pinnae *saepius aveniae punctatae; interdum subvenosae, quandoque venosae non punctatae.* W.

* 47. PTERIS *dura.* W.

P. frondibus pinnatis, pinnis linearibus obtusis strictis, basi rotundatis, inferioribus pinnatis. W.
P. *(rigida)* frondibus pinnatis bipinnatisve, pinnulis linearibus obtusis erectis. *Bory in litt.*
Harter Saumfarrn. W.
Habitat in insula Borboniae. ♃. *(v. s.)*

Stipes *bi- vel tripollicaris atro-fuscus nitidus linea decurrente pilosa instructus.* Rachis *ut stipes.* Frons *quadri- seu quinquepollicaris pinnata.* Pinnae *brevissime petiolatae pollicares rigidae strictae lineares obtusae, basi rotundatae vel leviter subcordatae, superiores simplices, inferiores pinnatae. Valde similis praecedenti sed pinnae longiores lineares et angustiores, habitusque strictior et rigidior.* W.

* 48. PTERIS *gracilis.*

P. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis obtusis

alternis sessilibus, inferioribus pinnatifidis, fertilibus integerrimis, sterilibus crenatis rotundato-obtusis. W.

P. pusilla glabra, stipite debili graciliter setaceo, fronde subbipinnata, pinnis pinnatifidis, laciniis ovali-lanceolatis integrisque, sterilibus rotundioribus crenulatis. *Mich. amer.* 2. *p.* 262.

P. frondibus subbipinnatis, pinnis pinnatifidis, laciniis ovato-lanceolatis integris, sterilibus rotundioribus crenulatis, stipite setaceo. *Swartz synop. filic.* 99.

Schlanker Saumfarrn. W.

Habitat in Canadae *rupibus.* ♃. *(v. s.)*

Stipes *filiformis tenuissimus quadripollicaris viridi-flavescens nitidus glaber, basi paleis paucis instructus.* Frons *tripollicaris vel parum longior tenuissima membranacea pinnata.* Pinnae *bi- vel trilineares oblongo-lanceolatae obtusae alternae sessiles; superiores simplices; inferiores pinnatifidae, laciniis alternis remotis facie pinnarum.* Frondes *fertiles integerrimae, steriles rotundiores crenulatae.* Indusium *membranaceum.* Capsulae *flavae.* W.

* 49. PTERIS *elliptica.* †

P. frondibus pinnatis, pinnis alternis ovato-ellipticis subsinuatis mollibus, inferioribus inaequaliter trilobatis. *Lam. encycl.* 5. *p.* 714. *Swartz synop. filic.* 102.

Elliptischer Saumfarrn. W.

Habitat in insulis Sechelles. ♃.

* 50. PTERIS *angulosa.*

P. frondibus pinnatis, pinnis ovato-oblongis acuminatis integerrimis, sterilibus apice crenatis, inferioribus pinnatis. W.

Pteris angulosa. *Bory in litt.*

Eckiger Saumfarrn. W.

Habitat in insulae Borboniae *sylvis montosis.* ♃. *(v. s.)*

Stipes *atro-fuscus nitidus linea paleaceo-pilosa instructus quinquepollicaris et altior.* Frons *sexpollicaris et longior pinnata.* Pinnae *sesquipollicares ovato-oblongae acuminatae breve petiolatae, basi rotundato-truncatae integerrimae, steriles apice obtuse crenatae; inferiores pinnatae, pinnula terminali majore.* Indusium *tenue membranaceum.* Capsulae *cinamomeae.* W.

51. PTERIS *mutilata.*

P. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis integerrimis obtusis, basi superiore auriculatis, inferioribus pinnatis, pinnula infima elongata. W.

P. frondibus decompositis, foliolis pinnatis, infimis semipinnatifidis, terminalibus baseosque longissimis. *Sp. pl.* 1533.

P. frondibus decompositis, pinnis infimis semipinnatis, pinnulis subfalcatis, baseos terminalibusve longissimis. *Swartz synop. filic.* 94.

Lonchitis ramosa limbo pulverulento. *Plum. amer.* 21. *t.* 30. *fil.* 38. *t.* 51. *Petiv. fil.* 131. *t.* 3. *f.* 10.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 118.

Verstümmelter Saumfarrn. W.

Habitat in Jamaica, Hispaniola. ♃.

†††††††† *Fronde bipinnatifida.*

52. PTERIS *thalictroides.*

P. frondibus sterilibus pinnatis, pinnis alternis oblongis sinuatis obtusis integerrimis, fertilibus pinnatis, pinnis pinnatifidis, inferioribus bipartitis bipinnatifidisve, laciniis linearibus integerrimis. W.

P. frondibus bipinnatis, pinnis sterilibus pinnatifidis, laciniis obtusis, fructiferis pinnatis, pinnulis bipartitis linearibus. *Swartz synop. filic.* 98.

Acrostichum *(thalictroides)* frondibus pinnatis,

pinnis alternis utrinque pinnatifidis, sterilibus latioribus. *Sp. pl.* 1527. *Fl. zeyl.* 377. *t.* 4.* *Amoen. acad.* 1. *p.* 275.

Acrostichum (*siliquosum*) frondibus pinnatis, pinnis alternis sursum pinnulatis linearibus, inferioribus bipartitis. *Sp. pl.* 1527. *Fl. zeyl.* 376.* *Amoen. acad.* 1. *p.* 270. *f.* 3.

Acrostichum maderaspatanum, foliis laciniatis. *Petiv. mus.* 741.

Millefolium aquaticum. *Rumph. amb.* 6. *p.* 17. *t.* 74. *f.* 3.

Planta siliquosa bivalvis unicapsularis, siliquis in plurimos ramulos foliatos diffusis, crithmi maritimi segmenta quodammodo mentientibus. *Pluk. alm.* 298. *t.* 215. *f.* 3.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 90. 91.

Thalictrumartiger Saumfarrn. W.

Habitat in Tranquebaria, Zeylona. ♃. *(v. s.)*

* 53. PTERIS *linearis.* †

P. frondibus subbipinnatis, pinnis lanceolatis, pinnulis linearibus obtusis integerrimis, terminali longissima. *Lam. encycl.* 5. *p.* 723. *Swartz synop. filic.* 99.

Linienförmiger Saumfarrn. W.

Habitat in insula Mauritii. ♃.

* 54. PTERIS *palustris.*

P. frondibus pinnatis, pinnis petiolatis oblongo-lanceolatis pinnatifidis, laciniis lanceolatis acutis apice obsolete subcrenatis. W.

P. frondibus subbipinnatis, pinnis lanceolatis, pinnulis basi lanceolatis obtusis crenulatis, deorsum fructificantibus. *Lam. encycl.* 5. *p.* 722. *Swartz synop. filic.* 99.

Filix lusitanica non ramosa palustris. *Tournef. inst.* 537. *t.* 313.

Sumpf-Saumfarrn. W.

Habitat in Lusitaniae *paludosis.* ♃. *(v. s. s. fr.)*

* 55. PTERIS *attenuata.*

P. frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis, laciniis lanceolato-falcatis subintegerrimis, terminali elongata lineari-lanceolata. W.

P. frondibus subbipinnatis, pinnulis lanceolatis subfalcatis integerrimis, terminali elongata. *Swartz synop. filic.* 98. *et* 291.

Verdünnter Saumfarrn. W.

Habitat in Java. ♃.

Stipes *tereti-angulosus glaber.* Frons *lato-ovata pedalis et ultra bipinnatifida glabra.* Pinnae *oppositae et alternae patentes elongatae semipedales pinnatifidae vel fere pinnatae.* Laciniae *sinubus rotundatis distinctae, lanceolato-falcatae obtusiusculae integerrimae vel obsolete serratae, pollicares, utrinque glabrae venulosae, terminales lanceolato-lineares sesquipollicares.* Fructificationes *marginales continuae.* Indusium *e margine laciniarum inflexo, ipsum sinum circumambientes. P. argutae affinis, sed pinnae infimae non partitae sed indivisae.* Swartz l. c.

* 56. PTERIS *macroura.* W.

P. frondibus pinnatis, pinnis ovato-oblongis pinnatifidis, laciniis lanceolatis apice serratis, terminali lineari-acuminata longissima profunde serrata. W.

Filix latifolia caudata, pinnulis lonchitidis dentatis. *Plum. fil.* 11. *t.* 13.

Filix non ramosa, pinnis latis, apice pyramidali. *Petiv. fil.* 59. *t.* 2. *f.* 13.

Langschwänziger Saumfarrn. W.

Habitat in Hispaniola, Martinica. ♃.

* 57. PTERIS *Lactuca.* †

P. frondibus pinnatis, pinnis subpinnatifidis elongatis, laciniis ovato-obtusis crenulatis, fronde amplissima molli. *Lam. encycl.* 5. *p.* 717. *Swartz synop. filic.* 97.

Salatartiger Saumfarrn. W.
Habitat in Guadeloupe. ♃.

* 58. PTERIS *dimidiata.* W.

P. frondibus pinnatis, pinnis petiolatis alternis latere exteriore pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis, latere interiore indivisis argute serratis. W.
Pteris flabellata. *Schkuhr. crypt.* 86. *t.* 93.
Halbeingeschnittener Saumfarrn. W.
Habitat in Tranquebaria. ♃. *(v. s.)*

Stipes *sexpollicaris semiteres canaliculatus atro-fuscus nitidus glaber, basi ima paleis nonnullis obsitus.* Frons *octopollicaris pedalisve pinnata.* Pinnae *quadri- vel quinquepollicares breve petiolatae, latere superiore indivisae lineares argute serratae, latere inferiore profunde pinnatifidae, laciniis pollicaribus et longioribus lineari-lanceolatis utroque margine fructificantibus, apice acutis argute serratis.* Indusium *membranaceum.* Capsulae *cinamomeae. A P. semipinnata abunde diversa.* W.

* 59. PTERIS *comans.*

P. frondibus pinnatis, pinnis subsessilibus profunde pinnatifidis, laciniis approximatis lineari-lanceolatis acuminatis apice serratis. W.
P. frondibus pinnatis, foliolis pinnatifidis, pinnis elongatis lanceolatis, apice attenuatis serratis. *Forst. prod. n.* 419.
P. frondibus subbipinnatis, pinnulis decurrenti-coadunatis subensiformibus apice attenuatis serratis. *Swartz synop. filic.* 98. *et* 292.* *Sprengel Anleit.* 3. *t.* 4. *f.* 26. *Schkuhr. crypt.* 86. *t.* 92.
Neuseeländischer Saumfarrn. W.
Habitat in Nova Zeelandia. ♃. *(v. s.)*

* 60. PTERIS *gigantea.* W.

P. frondibus pinnatis, pinnis petiolatis alternis profunde pinnatifidis, laciniis distantibus lan-

ceolatis acuminatis, apice cuspidato-serratis. W.
Riesen-Saumfarrn. W.
Habitat ad Caracas. ♃. *(v. s.) Bredemeyer.*

Stipes *glaber.* Frons *quinque- vel sexpedalis et altior pinnata.* Pinnae *breve petiolatae alternae pedales et longiores, profunde pinnatifidae.* Laciniae *bi- vel quadripollicares distantes lanceolatae acuminatae, apice serratae, serraturis cuspidatis.* Sinus *frondis non rotundati, sed biangulati. Affinis praecedenti sed omnibus partibus major, sinubus et serraturis diversa. An sequens ab hac satis distincta sit, affirmare haud ausim.* W.

* 61. PTERIS *altissima.* †

P. frondibus subbipinnatis, pinnulis lato-lanceolatis integerrimis basi coadunatis, inferioribus pinnatifidis. *Lam. encycl.* 5. *p.* 722. *Swartz synop. filic.* 99.
Höchster Saumfarrn. W.
Habitat in Portorico. ♃.

* 62. PTERIS *confluens.* †

P. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis pinnatifidis integerrimis. *Thunb. prod.* 171.
Zusammenfliefsender Saumfarrn. W.
Habitat ad Cap. b. spei. ♃.

Descriptio nimis brevis. W.

* 63. PTERIS *aurantiaca.*

D. fronde supradecomposita, pinnulis subpalmatis bipartitis, lacinulis linearibus unisoriferis, rachi flexuosa aculeata. *Swartz synop. filic.* 135. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1701.* *Schkuhr. crypt.* 123. *t.* 129.

D. (*aculeata*) elongatio trunci volubilis aculeata, frondibus supradecompositis palmato-pinnatifidis, pinnis palmatis alternis patentibus, segmentis linearibus apice bifidis, perisporangiis ovatis terminalibus. *Hedwig fil.*

Trichomanes (*aculeatum*) fronde supradecomposita scandente ramosissima, foliolis palmatis, laciniis linearibus obtusis, stipite aculeato. *Swartz prod.* 137.

Acrostichum (*aculeatum*) frondibus supradecompositis, pinnis bifidis, stipitibus aculeatis. *Sp. pl.* 1530.

Filix ramosa jamaicensis, fumariae foliis pediculis et rachi medio aculeatis. *Pluk. alm.* 156.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 96.
Erdrauchartige Davallie. W.
Habitat in apricis montosis Jamaicae. ♃. *(v. s.)*

* 1979. DICKSONIA.

L'Herit. sert. angl. 30.

Sori punctiformes marginales subrotundi distincti. *Indusium* duplex, alterum superficiarium exterius dehiscens, alterus marginale interius dehiscens.

† *Fronde pinnata.*

* 1. DICKSONIA *abrupta.*

D. frondibus sterilibus pinnatis, pinnis subsecundis ovato-oblongis obtusis serrulatis, sessilibus, basi leviter cordatis, lobo inferiore majori; fructificantibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis obtusis dentatis, dentibus soro instructis. W.

D. frondibus pinnatis, pinnulis subsecundis deltoideis, fructificantibus longioribus. *Bory itin.* 2. *p.* 187. *t.* 30.*

D. frondibus pinnatis, pinnis sessilibus subcordato-ovatis serrulatis subsecundis, inferioribus remotis, soriferis approximatis longioribus. *Swartz synop. filic.* 138.

Einseitige Dicksonie. W.

Habitat in scoriis siccis montis ignivomi insulae Borboniae. ♃. *(v. s.)*

Stipes *quinquepollicaris teres fuscescens nitidus paleaceus.* Rachis *canaliculata paleacea.* Frons *tripedalis pinnata.* Pinnae *frondis sterilis sessiles intermediae pollicares longiores, inferiores quadrilineares, superiores semipollicares, ovato-oblongae obtusae serrulatae, basi leviter cordatae, lobo inferiore longiore, inferiores remotae, et infimae deltoideo-cordatae.* Pin-

nae *fructificantes frondis medium vel apicem occupant, sunt lineari-lanceolatae sesquipollicares, basi truncato-cordatae vel basi superiore truncatae, inferiore cordatae, margine dentatae, dentibus soro apice instructis.* W.

* 2. DICKSONIA *marginalis.*

D. frondibus pinnatis, pinnis ensiformibus, sursum auriculatis incisis, superioribus coadunatis, stipite villoso. *Swartz synop. filic.* 138. *et* 362.*

Polypodium *(marginale)* frondibus pinnatis, pinnis superioribus coalitis, inferioribus ensiformibus sursum auriculatis incisis, stipite villoso. *Thunb. jap.* 337.

Randfrüchtige Dicksonie. W.

Habitat in Japonia. ♃.

* 3. DICKSONIA *repens.*

D. frondibus pinnatis, pinnis oblongis dimidiatis basi truncatis, margine superiore inciso-dentatis, caudice repente. W.

D. frondibus pinnatis, pinnulis dimidiatis, superne dentatis. *Bory itin.* 2. *p.* 323.*

D. frondibus pinnatis, pinnis dimidiatis deltoideis antrorsum soriferis, surculis repentibus. *Swartz synop. filic.* 138.

Kriechende Dicksonie. W.

Habitat in arboribus vetustis insulae Borboniae. ♃. (*v. s.*)

Caudex *filiformis repens.* Stipes *pollicaris et longior teres viridis glaber.* Frons *pinnata octopollicaris vel pedalis et longior.* Pinnae *semipollicares oblongae obtusae dimidiatae, basi truncatae, margine superiore inciso-dentatae, dentibus obtusis, margine inferiore integerrimae.* Pinnae *terminales valde distantes minutissimae vix semilineares lineares obtusae integerrimae, ac si frons apice radicans esset.* Sori *sub apice dentium solitarii vel geminati.* W.

†† *Fronde bipinnatifida, bipinnataque.*

4. DICKSONIA *linearis.* †

D. frondibus subbipinnatis, pinnis alternis linearibus, pinnulis conformibus crenulatis. *Swartz synop. filic.* 138.

D. foliis pinnatis, pinnulis alternis linearibus pinnatis aut pinnatifidis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 683.

Linienförmige Dicksonie. W.

Habitat in insulis Marianis, Philippinis. ♃.

5. DICKSONIA *obtusifolia.* W.

D. frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis, laciniis ovato-oblongis rotundato-obtusis inciso-dentatis. W.

Stumpfblättrige Dicksonie. W.

Habitat in sylvis montosis ad Caracas. ♃. *(v. s.) Bredemeyer.*

Frons *tripedalis pinnata.* Pinnae *octopollicares et fere pedales profunde pinnatifidae, superiores sensim breviores, summae pollicares.* Laciniae *octo-lineares vel pollicares oblongae latae inciso-dentatae, dentibus rotundato-oblongis margine superiore interiore subdenticulatis.* Apex *laciniae rotundato-obtusus crenulatus.* Sori *solitarii in sinubus dentium laciniarum.* Rachis *pinnae tenuissime scariosa. Ab omnibus fronde bipinnatifida, laciniis margine rotundatis, diversa.* W.

6. DICKSONIA *japonica.*

D. frondibus bipinnatis, pinnulis sessilibus subdecurrentibus oblongis acutiusculis inciso-dentatis, dentibus subcrenulatis, stipite pubescente. W.

D. frondibus subbipinnatis, pinnis ensiformibus, pinnulis rhombeo-ovatis obtusis serratis stipiteque pubescentibus. *Swartz synop. filic.* 138. *et* 360.*

Polypodium cristatum japonicum. *Houttuyn* *Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 208. *t.* 99. *f.* 3.
Japanische Dicksonie. W.
Habitat in Japonia. ♃.

* 7. DICKSONIA *pilosiuscula.* W.

D. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongo-lanceolatis pinnatifidis, laciniis margine superiore inciso-dentatis, rachibus pilosiusculis. W.
D. frondibus bipinnatis, pinnis pinnatifidis, laciniis dentatis, rachi pilosiuscula. *Willd. enum.* 1076.
D. *(pubescens)* frondibus subtripinnatis, foliolis lanceolatis, pinnis oblongis, laciniis ovatis dentatis, stipite glabro, rachi pubescente. *Schkuhr. crypt.* 125. *t.* 131.
Polypodium pilosiusculum. *Mühlenberg in litt.*
Feinbehaarte Dicksonie. W.
Habitat in Pensylvania. ♃. *(v. v.)*

Stipes *quadripollicaris teres canaliculatus glaber.* Rachis *universalis et partialis pilosiuscula.* Frons *sesquipedalis bipinnata.* Pinnae *tripollicares vel parum longiores, inferiores oppositae, superiores alternae.* Pinnulae *semipollicares plerumque alternae oblongo-lanceolatae pinnatifidae.* Laciniae *oblongae margine superiore dentibus tribus vel quatuor instructae.* Sori *subrotundi admodum parvi rari, in dente inferiore laciniae pinnularum. An Aspidium punctilobum supra pag.* 270. *dubie indicatum, eadem sit filix aliis ad dijudicandum relinquo? quum pinnulae neque sint decurrentes neque pubescentes.* W.

* 8. DICKSONIA *strigosa.*

D. frondibus bipinnatis, pinnis ensiformibus, pinnulis rhombeo-oblongis acutiusculis incisis, laciniis obovatis dentatis, stipite rachibusque pubescentibus. *Swartz synop. filic.* 138.
Trichomanes *(strigosum)* frondibus bipinnatis, pinnulis rhombeis pilosis serratis, fructifica-

tionibus solitariis infra serraturas. *Thunb. jap.* 339.
Striegliche Dicksonie. W.
Habitat in Japonia. ♃.

9. DICKSONIA *arborescens.*

D. frondibus bipinnatis, pinnulis ovatis acutiusculis integerrimis angulatisve confluentibus, venis subtus rachibusque pilosis, caudice arborescente. W.
D. frondibus supradecompositis villosis, foliolis subintegris, caule arboreo. *L'Herit. sert. angl.* 31. *Ait. Kew.* 3. *p.* 469.
D. (*integra*) arborescens, frondibus subbipinnatis pubescentibus, pinnis lato-lanceolatis, pinnulis oblongis integris basi coadunatis. *Swartz synop. filic.* 136.
Baumartige Dicksonie. W.
Habitat in insula St. Helena. ♄. (*v. s.*)

10. DICKSONIA *squarrosa.*

D. frondibus bipinnatis, pinnulis lanceolatis acutis pinnatifidis, laciniis oblongo-ovatis mucronato-serratis, rachibus setoso-hispidis, caudice arboreo. W.
D. arborea, frondibus subbipinnatis, pinnis oblongis acuminatis, pinnulis basi coadunatis lanceolatis mucronato-serratis, rachibus hispido-pilosis. *Swartz synop. filic.* 136. *et* 355.* *Schkuhr. crypt.* 124. *t.* 130.
Trichomanes (*squarrosum*) frondibus subbipinnatis, foliolis oblongis acuminatis subpinnatis serratis, serraturis mucronatis, fructificationibus sinuum globosis dehiscentibus subbivalvibus, stipite hispido barbato, caudice arboreo. *Forst. prod. n.* 476.
Sparrige Dicksonie. W.
Habitat in insulis Maris pacifici. ♄. (*v. s. s. fructif.*)

††† *Frondibus triplicato-pinnatis.*

* 11. DICKSONIA *antarctica.*

D. frondibus triplicato-pinnatis apice bipinnatis, pinnulis fructificantibus ovatis obtuse dentatis, sterilibus lanceolatis acutis pinnatifido-serratis, laciniis integerrimis acutis, rachibus partialibus pilosiusculis, caudice arboreo. W.

D. arborea, frondibus supradecompositis, foliolis bipinnatis, pinnulis ovatis acutis serratis, rachibus subpilosis rugosulis. *Billard. Nov. Holland.* 2. *p.* 100. *t.* 249.*

Südliche Dicksonie. W.

Habitat in Novae Hollandiae *capite* Van Diemen. ♄ *(v. s.)*

Frons *sterilis est bipinnata, in frondibus adultis suprema pars non fructificat inde bipinnata; reliqua pars vero est fertilis, ergo triplicato-pinnata.* W.

* 12. DICKSONIA *Culcita.*

D. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis sterilibus ovato-oblongis cuneatis serratis acutis, superioribus confluentibus; fertilibus oblongo-cuneatis apice dentatis basi superiore soro unico instructis, rachibus glabris. W.

D. frondibus supradecompositis glabris, foliolis pinnisque rhombeis, pinnulis ovatis incisis pinnatifidisque, laciniis dentatis, stipite glabro. *Swartz synop. filic.* 136.

D. frondibus supradecompositis glabris, foliolis serratis. *L'Herit. sert. angl.* 31. *Ait. Kew.* 3. *p.* 469.

Polster-Dicksonie. W.

Habitat in Madera *et in* Azoribus. ♃. *(v. s.)*

* 13. DICKSONIA *dissecta.*

D. frondibus triplicato-pinnatis, pinnis attenuatis, pinnulis oblongis obtusis pinnatifidis, laciniis obtusis dentatis. W.

D. frondibus supradecompositis, pinnulis oblon-

gis obtusis sinuato-pinnatifidis, laciniis obtusis gibbis subcrenulatis. *Swartz synop. filic.* 136. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1693.*
Polypodium (*dissectum*) fronde quadripinnatifida glabriuscula, pinnulis ovatis inciso-serratis, fructificationibus in sinu solitariis, ramis ramulisque pubescentibus. *Swartz prod.* 134.
Zerschlitzte Dicksonie. W.
Habitat in sylvis depressis Jamaicae. ♃. (*v. s. s. fructif.*)

* 14. DICKSONIA *cicutaria.*

D. frondibus triplicato-pinnatis, pinnis attenuatis elongatis, pinnulis lanceolatis pinnatifidis, laciniis apice acute dentatis. W.
D. frondibus supradecompositis, pinnulis oblongis inciso-pinnatifidis, laciniis ovatis serrulatis, infima majore. *Swartz synop. filic.* 137. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1695.*
Adiantum nigrum ramosum maximum, foliis seu pinnulis obtusis varie, sed pulcherrime sinuatis et dentatis. *Sloan jam.* 22. *hist.* 1. *p.* 96. *t.* 37. *f.* 1. 2.
Lonchitis altissima globuligera minor. *Plum. fil.* 39. *t.* 31?
Schierlingsartige Dicksonie. W.
Habitat in montibus Jamaicae. ♃. (*v. s. s. fructif.*)

* 15. DICKSONIA *apiifolia.*

D. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis oblongo-cuneatis acute serratis, inferioribus sursum auritis, superioribus confluentibus. W.
D. frondibus supradecompositis, foliolis bipinnatis trapeziis, pinnulis cuneatis oblongis serratis, inferioribus basi sursum auritis. *Swartz synop. filic.* 137. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1697.*
Sellerieblättrige Dicksonie. W.
Habitat in Jamaicae *temperatioris sylvis.* ♃. (*v. s.*)

* 16. DICKSONIA *polypodioides.*

D. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis ob-

longis obtusis inciso-serratis, laciniis oblongis marginis superioris profundioribus, infima majori retusa, venis utrinque hirtis, stipite scabro, rachibus pubescentibus. W.

D. frondibus supradecompositis, foliolis tripinnatifidis, laciniis rhombeo-ovatis decurrentibus coadunatis obtusis inciso-dentatis crenatisque pubescentibus, stipite scabro. *Swartz synop. filic.* 137. *et* 356.*

Polypodium (*nudum*) frondibus bipinnatis, foliolis pinnatis, pinnis rhombeis inciso-crenatis, stipite scabro nudo. *Forst. prod. n.* 446.

Engelsüfsartige Dicksonie. W.

Habitat in insulis Maris pacifici. ♃. *(v. s.)*

* 17. DICKSONIA *adiantoides.*

D. frondibus triplicato-pinnatis, pinnis primariis et secundariis acuminatis, pinnulis oblongis obtusis pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis dentatis, infima superiore majori, stipite rachibusque glabris. W.

Dicksonia adiantoides. *Humboldt et Bonpland.*

D. *(bipinnata)* foliis bipinnatis, pinnulis alternis, foliolis pinnatifidis decurrentibus. *Cav. prael.* 1801. *n.* 682.

Filix altissima et globuligera major. *Plum. fil.* 24. *t.* 30.

Krullfarrnartige Dicksonie. W.

Habitat in America *meridionali prope* Caripe *inque* Hispaniola, Portorico. ♃. *(v. s.)*

Frons *triplicato-pinnata septem- vel octopedalis.* Pinnae *primariae sesqui- vel bipedales, secundariae sesqui- vel tripollicares.* Pinnulae *fere semipollicares petiolatae alternae pinnatifidae oblongae obtusae.* Laciniae *oblongae obtusae cuneatae apice dentatae, dente fructificante majori obtusiore et breviore.* Sori *subrotundi, in qualibet lacinia unicus.* W.

* 18. DICKSONIA *flaccida.*

D. frondibus triplicato-pinnatis, pinnis prima-

riis et secundariis acuminatis, pinnulis ovato-oblongis acutis pinnatifidis, pinnulis oblongis cuneatis margine superiore inaequaliter obtuse dentatis, fructiferis superioribus bidentatis, stipite rachibusque pubescentibus. W.

D. frondibus supradecompositis, pinnulis rhombeis oblongis acutiusculis inciso-pinnatifidis, laciniis cuneatis obtusis bidentatis gibbis, stipite pubescente. *Swartz synop. filic.* 137. *et* 357.* *Schkuhr. crypt.* 126. *t.* 129.

Dennstädtia flaccida. *Bernhardi in Schrad. Journ.* 1801. 1. *p.* 124. *t.* 1. *f.* 3.

Trichomanes (*flaccidum*) frondibus decompositis, foliolis rhombeis subpinnatis, pinnis cuneiformibus apice incisis, margine interiore infra apicem fructificantibus. *Forst. prod. n.* 472.

Welke Dicksonie. W.

Habitat in insulis Maris pacifici. ♃. (*v. s.*)

* 19. DICKSONIA *multifida.*

D. frondibus triplicato-pinnatis, pinnis primariis et secundariis acuminatis, pinnulis lanceolatis obtusis pinnatifidis, laciniis bidentatis, venis utrinque pilosis, stipite rachibusque pubescentibus. W.

D. frondibus supradecompositis, pinnulis ovatis acuminatis inciso-pinnatifidis, laciniis ovatis serrulatis, stipite pubescente. *Swartz synop. filic.* 137.

Caenopteris (*japonica*) fronde tripinnatifida, laciniis interne dentatis, stipite villoso. *Willd. phytog.* 14. *t.* 8. *f.* 1.* *excluso synonymo.*

Vieltheilige Dicksonie. W.

Habitat in India *orientali.* ♃. (*v. s.*)

* 20. DICKSONIA *zeylanica.*

D. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis oblongis obtusis sinuato-pinnatifidis, laciniis obovatis gibbis dentatis, stipite glabro. W.

D. frondibus supradecompositis, pinnulis oblongis obtusis sinuato-pinnatifidis, laciniis obovatis gibbis dentatis, stipite glabro. *Swartz synop. filic.* 138. *et* 358.*
Zeylonische Dicksonie. W.
Habitat in Zeylona. ♄. ?

*1980. CYATHEA.

Smith Act. taur. 5. *p.* 416.

Sori subrotundi receptaculo hemisphaerico vel clavato inserti. *Indusium* calyciforme sorum cingens, superne dehiscens.

† *Fronde pinnata vel bipinnatifida.*

* 1. CYATHEA *speciosa.*

C. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis sinuato-dentatis, caudice arboreo. W.
Cyathea speciosa. *Humboldt et Bonpland.*
Prächtiger Tutenfarrn. W.
Habitat in America *meridionali prope* Caripe. ♄. *(v. s.)*

Caudex *arboreus* 24-*pedalis.* Stipes *laevis superne sulcis tribus exaratus.* Frons *quinquepedalis pinnata.* Pinnae *decempollicares et fere pedales, pollicem latae, alternae, brevissime petiolatae lineari-lanceolatae, longissime acuminatae, basi cuneatae, margine sinuato-dentatae, dentibus bilinearibus late ovatis acutiusculis.* Sori *sparsi versus marginem pinnae.* W.

* 2. CYATHEA *grandifolia.* W.

C. frondibus pinnatis, pinnis oblongis acuminatis pinnatifidis, laciniis oblongo-lanceolatis acutis, apice serratis. W.
Filix pinnulis oblongis in summitate serratis. *Plum. fil.* 20. *t.* 26.
Filix non ramosa, pinnis latis summo dentatis. *Petiv. fil.* 58. *t.* 2. *f.* 10.

Grofsblättriger Tutenfarrn. W.
Habitat in Martinica. ♃. *(v. s.)*

Stipes *pedalis profunde canaliculatus glaber.* Frons *tripedalis pinnata.* Pinnae *oppositae pedales et parum longiores, duos pollices latae, oblongae acuminatae pinnatifidae.* Laciniae *lanceolatae acuminatae pollicares apice serratae.* Costa media *pinnae et laciniarum, paleis ovato-lanceolatis diaphanis albo-membranaceis nervo fusco instructis, margine eroso-laceris, est obsita.* W.

†† *Fronde bi- s. tripinnata.*

3. CYATHEA *arborea.*

C. frondibus bipinnatis, pinnulis lanceolatis serratis acutiusculis, summis confluentibus, stipite laevi, caudice arboreo. W.
C. caudice arboreo squamoso, foliolis bipinnatis, pinnulis lanceolatis acutiusculis serratis. *Swartz prod.* 139.
Polypodium *(arboreum)* frondibus bipinnatis serratis, caudice arboreo inermi. *Sp. pl.* 1554.
Polypodium arboreum maximum, fronde tenuiore, caudice durissimo, *Brown jam.* 104.
Filix arborescens pinnulis dentatis. *Plum. fil.* 1. *t.* 1. 2.
Filix arborescens, pinnulis dentatis. *Petiv. fil.* 41. *t.* 1. *f.* 1. 2.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 240.
Baumartiger Tutenfarrn. W.
Habitat in Jamaica, Hispaniola, Martinica. ♄. *(v. s.)*

Tres species huic affines, et arborescentes indicantur in Rumph. amb. 6. *p.* 62. *t.* 27. W.

* 4. CYATHEA *Serra.* W.

C. frondibus bipinnatis, pinnulis lineari-lanceolatis serratis apice integerrimis, stipite aculeato, rachi submuricata, caudice arboreo. W.

Sägen-Tutenfarrn. W.
Habitat in montibus sylvaticis ad Caracas. ♄. *(v. s.) Bredemeyer.*

Caudex *arboreus.* Stipes *aculeis aliquot munitus glaber canaliculatus.* Rachis *primaria trisulcato-canaliculata laevis glabra, aculeis brevissimis punctiformibus valde dissitis obsita.* Rachis *partialis glabra teres.* Frons *tripedalis.* Pinnae *primariae inferiores pedales et longiores.* Pinnulae *sexlineares sessiles lineari-lanceolatae acutae subfalcatae serratae, apice integerrimae, basi decurrentes.* Sori *copiosi pinnulam integram occupantes.* W.

* 5. CYATHEA *extensa.*

C. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis oblongis obtusis serratis coadunatis, rachibus punctato-asperis, caudice arboreo. W.

C. caudice arboreo, foliolis bipinnatis, pinnis acuminatis apice serratis, pinnulis oblongis serratis, rachibus punctato-asperis. *Swartz synop. filic.* 139. *et* 364.* *Schkuhr. crypt.* 127. *t.* 132.

Polypodium *(extensum)* frondibus bipinnatis, foliolis pinnatis acuminatis apice serratis, pinnis oblongis serratis, stipite punctis aspero, caudice arboreo. *Forst. prod. n.* 453.

Ausgedehnter Tutenfarrn. W.
Habitat in insulis Maris pacifici. ♄.

* 6. CYATHEA *excelsa.*

C. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis oblongis obtusis apice argute serrulatis, rachibus subpunctato-asperis, soris ad basin pinnarum solitariis, caudice arboreo. W.

C. caudice arboreo squamoso, foliolis subbipinnatis attenuatis, pinnulis oblongis acutiusculis apice serratis, soris ad basin subsolitariis. *Swartz synop. filic.* 140. *et* 367.*

Cyathea arborea. *Bory itin.* 1. *p.* 179.

Erhabener Tutenfarrn. W.
Habitat in insula Mauritii, Borboniae. ♄ *(v. s.)*
Caudex 25-*pedalis.* Rachis *punctis raris valde dissitis exasperata ceterum glabra.* Sorus *solitarius ad utrumque latus costae mediae pinnulae.* W.

* 7. CYATHEA *glauca.*

C. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis subtus glaucis oblongis obtusis integerrimis, infimis a basi ad medium obtuse dentatis, soris ad pinnarum basin solitariis, rachibus tomentosis, caudice arboreo. W.

C. frondibus tripinnatis, foliolis subtus glaucis, infimis crenato-dentatis, stipite tomentoso. *Bory itin.* 2. *p.* 206.*

C. caudice arborescente rachibusque tomentosis, foliolis tripinnatis, pinnulis subtus glaucis, infimis crenato-dentatis. *Swartz synop. filic.* 140.

Grauer Tutenfarrn. W.
Habitat in montibus insulae Borboniae. ♄ *(v. s.)*
Caudex *altissimus arboreus.* Pinna primaria, *quam solummodo vidi, sesquipedalis;* secundaria *bipollicaris et longior.* Pinnulae *quadrilineares, subtus glaucae, (color hicce glaucus sub microscopio composito e squamis minutissimis est compositus, sed oculi nudi has squamas non observant) oblongae subfalcatae integerrimae obtusae, infimae a basi ad medium usque profunde dentatae, dentibus obtusis.* Sorus *ad utrumque latus costae mediae pinnulae unicus.* Rachis *tomento ferrugineo dense obducta.* W.

* 8. CYATHEA *riparia.* W.

C. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis lineari-lanceolatis acutis, serraturis baseos obtusioribus, decurrentibus, soris ad basin pinnarum solitariis, caudice arboreo. W.

Ufer-Tutenfarrn. W.

Habitat in Cap. b. spei *interioribus regionibus, locis udis umbrosis, ad rivulos montium.* ♄. *(v. s.)*

Caudex *arboreus. Vidi tantum pinnam primariam pedalem.* Pinnae *bipollicares acuminatae.* Pinnulae *tri - vel quadrilineares angustae lineari - lanceolatae basi decurrentes, apice acutae, margine argute serratae, serraturis baseos obtusioribus.* Sorus *ad utrumque latus baseos costae mediae pinnulae solitarius.* Rachis *primaria nuda glabra, secundaria paleis brevibus ovatis fuscis sparsis obsita.* W.

* 9. CYATHEA *affinis.*

C. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis lineari-lanceolatis acutiusculis, obtuse crenatis, decurrentibus, rachibus glabris secundariis venisque paleaceo-hirtis, caudice arboreo. W.

C. caudice arboreo, frondibus bipinnatis, pinnis acuminatis, pinnulis lineari-oblongis crenatis, stipite rachibusque hirtis. *Swartz synop. filic.* 140. *et* 368.* *Schkuhr. crypt.* 129. *t.* 132. *b.*

Polypodium *(affine)* frondibus bipinnatis, foliolis pinnatis acuminatis, pinnis lineari-oblongis crenatis, stipite glabro. *Forst. prod. n.* 455.

Verwandter Tutenfarrn. W.

Habitat in insulis Maris pacifici. ♄. *(v. s.)*

Rachis *nitida glabra, pinnularum secundariarum vero, ut venae pinnularum subtus, paleis parvis obsitae.* Pinnularum *margo grosse obtuse crenatus.* W.

* 10. CYATHEA *medullaris.*

C. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis lineari-oblongis obtusiusculis crenatis apice integerrimis, rachibus asperis, caudice arboreo hispido. W.

C. caudice arboreo hispido, foliolis bipinnatis, pinnis attenuatis, pinnulis oblongis subfalca-

tis crenatis, rachibus asperis. *Swartz synop. filic.* 140. *et* 366.* *Schkuhr. crypt.* 128. *t.* 133.
Sphaeropteris medullaris. *Bernhardi in Schrad. Journ.* 1801. 1. *p.* 122. *t.* 1. *f.* 1.
Polypodium *(medullare)* frondibus bipinnatis, foliolis pinnatis acuminatissimis, pinnis oblongis subfalcatis acutis crenatis, stipite aspero, caudice arboreo hispido. *Forst. prod. n.* 452. *Ejusd. plant. esculent. p.* 76. *n.* 48.*
Markiger Tutenfarrn. W.
Habitat in Nova Zeelandia. ♄ *(v. s.)*

Sori *in qualibet pinnula octo ad duodecim. In apice pinnulae nunquem sori observantur.* W.

* 11. CYATHEA *dealbata.*

C. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis oblongis subfalcatis serratis subtus albis, rachibus asperis, caudice arboreo. W.
C. caudice arboreo, foliolis bipinnatis, pinnulis oblongis subfalcatis serratis subtus albis, rachibus asperis. *Swartz synop. filic.* 140. *et* 365.*
Polypodium *(dealbatum)* frondibus bipinnatis, foliolis pinnatis acuminatis subtus albis, pinnis oblongis subfalcatis serratis, stipite aspero, caudice arboreo. *Forst. prod. n.* 454.
Weifsblättriger Tutenfarrn. W.
Habitat in Nova Zeelandia. ♄

* 12. CYATHEA *villosa.*

C. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis lineari-oblongis obtusis integerrimis coadunatis, soris lana immersis, rachibus glabris, caudice arboreo. W.
Cyathea villosa. *Humboldt et Bonpland.*
Wolliger Tutenfarrn. W.
Habitat in America *meridionali ad* St. Crucem *et ad* Caracas. ♄ *(v. s.)*

Caudex *arboreus novempedalis.* Stipes *subtrigonus paleaceus, paleis angusto-lanceolatis patulis.* Rachis *glabra, universalis canalicu-*

lato-trisulcata. Frons *quinquepedalis triplicato-pinnata.* Pinnae *primariae inferiores octopollicares* vel *pedales; secundariae bipollicares et longiores.* Pinnulae *tri- vel quadrilineares coadunatae, lineari-oblongae obtusae integerrimae, steriles glabrae, fructificantes subtus lanatae.* Sori *lana immersi.* W.

* 13. CYATHEA *multiflora.*

C. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongo-lanceolatis acuminatis pinnatifidis, laciniis oblongis acutis obtuse serratis, rachibus alatis, caudice arboreo. W.

C. caudice arboreo, foliolis subbipinnatis, laciniis obtusis serratis, rachibus alatis. *Swartz synop. filic.* 140. *Smith Act. taur.* 5. *p.* 416.

Vielfrüchtiger Tutenfarrn. W.

Habitat in Jamaica. ♄. *(v. s.)*

Rachis *utrinque linea decurrente angusta marginata.* Pinnae *partiales bipedales.* Pinnulae *quadripollicares pollicem basi latae, lanceolatae acuminatae pinnatifidae.* Laciniae *quinquelineares oblongae acutiusculae obtuse serratae.* W.

14. CYATHEA *aspera.*

C. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongo-lanceolatis acuminatis pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis apice serratis, rachibus caudiceque arboreo aculeatis. W.

C. caudice arboreo aculeato, foliolis subbipinnatis, pinnulis coadunatis oblongis obtusis, apice serratis. *Swartz synop filic.* 139.

Polypodium *(asperum)* frondibus supradecompositis, pinnis obtusis apice serratis, terminalibus acuminatis, caudice arboreo aculeato. *Sp. pl.* 1555.

Filix arborescens spinosa, pinnulis in summitate serratis. *Plum. fil.* 4. *t.* 3.

Filix arborescens caudice et caule spinosis. *Petiv. fil.* 47. *t.* 4. *f.* 7.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 242.
Scharfer Tutenfarrn. W.
Habitat in Jamaica, Hispaniola. ♄.

* 15. CYATHEA *muricata.* W.

C. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongo-lanceolatis acuminatis pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis crenatis, rachibus caudiceque arboreo aculeatis. W.
Filix arborescens humilis et spinosa. *Plum. fil.* 5. *t.* 4.
Filix arborescens humilis et spinosa. *Petiv. fil.* 48. *t.* 4. *f.* 8.
Kurzstachlicher Tutenfarrn. W.
Habitat in Martinica. ♄.

16. CYATHEA *horrida.*

C. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongis acuminatis pinnatifidis, laciniis lanceolatis subfalcatis acuminatis apice serratis, rachibus glabris, stipite aculeato. W.
C. decomposita, foliolis bipinnatifidis, pinnis lato-lanceolatis, laciniis subfalcatis acutis apice serratis, marginem versus soriferis, stipite aculeato. *Swartz synop. filic.* 141.
Cyathea commutata. *Sprengel Anleit.* 3. *p.* 146. *t.* 4. *f.* 32.
Polypodium *(horridum)* frondibus supra decompositis, pinnis semisagittatis basi connexis apice serratis, caudice aculeato. *Sp. pl.* 1554.
Filix latifolia ramosa, cauliculis nigris et spinosis. *Plum. amer.* 3. *t.* 4. *fil.* 9. *t.* 8. *Raj. suppl.* 92.
Filix ramosa, pinnis latis gladiatis, caudice spinoso. *Petiv. fil.* 50. *t.* 5. *f.* 1.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 241.
Dickstachlicher Tutenfarrn. W.
Habitat in Hispaniola, Martinica. ♃.

1981. TRICHOMANES.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 1635.

Sorus marginalis receptaculo columnari saepius setiformi insertus. *Indusium* urceolato-campanulatum monophyllum erectum sorum includens.

† *Fronde simplici.*

* 1. TRICHOMANES *reniforme.*

T. frondibus reniformibus integerrimis stipitatis. W.

T. frondibus reniformibus stipitatis. *Swartz synop. filic.* 141. *et* 369.* *Schkuhr. crypt.* 130. *t.* 134.

T. frondibus simplicibus reniformibus stipitatis multifloris, receptaculis seminum exsertis cylindricis. *Forst. prod. n.* 462.

T. frondibus erectis solitariis reniformibus nervosis glabris, membrana in elongationem decurrente. Perisporangia marginem frondis cingunt gregaria, ovato-cylindrica exserta. *Hedwig fil.*

Nierenförmiger Becherfarrn. W.

Habitat in Nova Zeelandia. ♃. *(v. s.)*

* 2. TRICHOMANES *sibthorpioides.*

T. frondibus reniformibus stipitatis palmato-incisis, laciniis linearibus obtusis emarginatis. W.

T. frondibus subpeltatis reniformibus crenatis pedatis dichotomis. *Bory in litt.*

Sibthorpienartiger Becherfarrn. W.

*Habitat in nemoribus insulae B*orboniae. ♃. *(v. s.)*

Caudex *filiformis crassitie setae equinae repens glaber.* Stipes *trilinearis filiformis glaber.* Frons *trilinearis reniformis, ultra medium palmato-incisa, tenuissime membranacea.* Laciniae *lineares integerrimae obtusae, majores emarginatae.* Sori *sub apice laciniarum.* W.

* 3. TRICHOMANES *cuspidatum*. W.

T. frondibus ovatis acuminatis obtusis stipitatis, basi cuneato-subtruncatis, grosse crenatis undulatis. W.

Zugespitzter Becherfarrn. W.

Habitat in insula Borboniae. ♃. *(v. s.) D. Flügge.*

Stipes *quadrilinearis compressus setis paleaceis parvis obsitus.* Frons *pollicaris vel brevior ovata vel oblonga, basi cuneata vel truncata, apice attenuata obtusa, margine profunde et obtuse crenata undulata, membranacea, nervoso-venosa, apicem versus et margine fructificans.* W.

* 4. TRICHOMANES *pusillum*.

T. frondibus lineari-lanceolatis cuneatis, brevissime stipitatis, integerrimis apice subincisis. W.

T. frondibus simplicibus erectiusculis linearibus integris subdivisisque, urceolis exsertis. *Swartz synop. filic.* 142. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1729.* *prod.* 136.

T. trunco repente, frondiculis dislocatis incisis, perisporangiis calyciformibus, ora bilabiata, labiis rubro-marginatis. *Hedwig fil.*

Kleiner Becherfarrn. W.

Habitat in truncis arborum emortuis Jamaicae *temperatae.* ♃. *(v. s.)*

5. TRICHOMANES *membranaceum*.

T. frondibus sessilibus obovato-oblongis obtusis, indivisis lacerisque, margine squamulosis. W.

T. frondibus simplicibus oblongis laceris. *Sp. pl.* 1560.

T. frondibus incumbentibus oblongis integris lacerisque, margine peltato-squamulosis. *Swartz synop. filic.* 141. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1724.*

Darea americana lichenoides. *Petiv. musc.* 763.

Adiantum muscosum lichenis petraei facie.

Plum. amer. 34. *t.* 50. *f. a. fil.* 83. *t.* 101. *f. a.*
Adiantum membranaceum lichenoides. *Petiv. fil.* 101. *t.* 13. *f.* 5.
Filix Hemionitis Lichenoides americana fungi auriculis Caesalpini aemula, radice repente. *Pluk. alm.* 155. *t.* 285. *f.* 3.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 267.
Häutiger Becherfarrn. W.
Habitat in rupibus Jamaicae, Hispaniolae. ♃. *(v. s.)*

* 6. TRICHOMANES *muscoides.*

T. frondibus subrotundo-oblongis brevissime stipitatis cuneatis irregulariter sublobato-incisis, laciniis subrepandis obtusis. W.
T. frondibus incumbentibus cuneato-oblongis repandis, urceolis soriferis exsertis. *Swartz synop. filic.* 141.
T. frondibus incumbentibus simplicibus cuneato-oblongis repandis, urceolis margine nudo insertis. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1726.*
T. *(hymenoides)* repens frondiculis lobatis, summitate fructigeris, perisporangiis calyciformibus bilabiatis, labiorum margine rubello. *Hedwig fil.*
T. simplex repens, foliis incisis, capsulis diphyllis. *Brown jam.* 86.
Phyllitis scandens minima musci facie, foliis membranaceis subrotundis. *Sloan jam.* 18. *hist.* 1. *p.* 74. *t.* 27. *f.* 1. *Moris. hist.* 3. *p.* 558. *Raj. suppl.* 53.
Moosartiger Becherfarrn. W.
Habitat in Jamaicae *locis depressis ad arborum truncos.* ♃. *(v. s.)*

* 7. TRICHOMANES *lanceum.*

T. frondibus stipitatis linearibus pinnatifido-digitatis, laciniis linearibus inaequalibus elongatis obtusis setoso-serratis. W.

T. frondibus laciniatis, laciniis linearibus subdichotomis serratis. *Bory in litt.*

T. *(digitatum)* frondibus erectiusculis digitatis, laciniis linearibus obtusis subemarginatis bipartitisve, urceolis insertis. *Swartz synop. filic.* 422. *et* 370.*

Lanzenartiger Becherfarrn. W.

Habitat in insula Borboniae. ♃. *(v. s.)*

Caudex *filiformis repens, crassitie setae equinae, setis tenuissimis patentibus sparsis obsitus.* Stipes *filiformis caudice parum tenuior quadrilinearis, quandoque semipollicaris et longior fere glaber.* Frons *pollicaris linearis, laciniis linearibus obtusis quandoque emarginatis, rarissime bifidis tribus vel quinque, fere pinnatim sed irregulariter dispositis, elongatis bilinearibus vel semipollicaribus.* Margo *serraturis minutissimis seta terminatis distantibus instructus.* Sorus *sub apice solitarius indusio urceolato inclusus.* W.

* 8. TRICHOMANES *erosum.* W.

T. frondibus stipitatis oblongis erectis cuneatis irregulariter pinnatifido-incisis, laciniis inaequalibus obtusis undulatis. W.

Ausgenagter Becherfarrn. W.

Habitat in Oware *et* Benin Africes. ♃. *(v. s.) D. Flügge.*

Caudex *filiformis repens crassitie setae equinae.* Stipes *quadri- vel quinquelinearis filiformis.* Frons *longitudine stipitis vel parum longior erecta oblonga, basi cuneata, pinnatifido-incisa, laciniis inaequalibus obtusis subrepandis undulatis.* Sorus *versus apicem frondis indusio urceolato inclusus.* W.

* 9. TRICHOMANES *reptans.*

T. frondibus obovato-oblongis cuneatis brevissime stipitatis sinuato-pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis. W.

T. frondibus erectis cuneato-ovatis incisis pin-

natifidisque, urceolatis exsertis. *Swartz synop. filic* 142. *Fl. ind occid.* 3. *p.* 1727.* *prod.* 136.

T. trunco repente, frondiculis discretis cuneato-pinnatifidis, perisporangiis calyciformibus bilabiatis, labiorum margine rubente. *Hedwig fil. mala.*

T. minor repens simplex, foliolis oblongis sinuatis. *Brown jam.* 86.

Kriechender Becherfarrn. W.

Habitat in Jamaicae *truncis arborum vetustis muscosis, ad juga montium.* ♃. *(v. s.)*

Frons *perfecta pollicaris, facie folii* Quercus *pedunculatae.* W.

* 10. TRICHOMANES *sinuosum.*

T. frondibus lineari-lanceolatis in stipitem attenuatis sinuatis, laciniis ovatis obtusis subangulatis. W.

Trichomanes sinuosum. *Richard in litt.*

Trichomanes. *Lam. illust. gen. t.* 871. *f.* 1.

Buchtiger Becherfarrn. W.

Habitat in Guadeloupe. ♃. *(v. s.)*

Caudex *repens filiformis nigra glabra, crassitie fili tenuis.* Stipes *bilinearis glaber.* Frons *quadri- vel quinquepollicaris lineari-lanceolata basi valde in stipitem attenuata, sinuata, sinubus bi- vel trilinearibus ovatis, sterilibus angulato-subtrilobis, fructiferis obtusis subangulatis.* Sori *duo in quolibet lobo sub apice.* Indusia *urceolata basi attenuata.* Receptaculum *filiforme longissime exsertum quadrilineare et longius.* W.

11. TRICHOMANES *polypodioides.* †

T. frondibus lanceolatis pinnatifidis, laciniis lanceolatis acutis obtuse serratis. W.

T. frondibus lanceolatis pinnatifidis repandis, floribus solitariis terminalibus. *Sp. pl.* 1561. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 268.

Engelsüſsartiger Becherfarrn. W.

Habitat in India *orientali.* ♃.

Frons *digiti longitudine et latitudine pinnatifida, ferme ad costam, lobis lanceolatis obtuse serratis, apice acutis, et unico flore in singulo lobi apice instructis.* Frons *insuper pellucida venis alternis.* Sp. pl. l. c.

An species Hymenophylli? W.

* 12. TRICHOMANES *elegans.*

T. frondibus sterilibus oblongis inciso-pinnatifidis, fertilibus linearibus pinnatis, pinnis lanceolatis imbricatis. W.

T. fronde pinnatifida, pinnis apice truncato-denticulatis, frondibus fertilibus longe pedunculatis. *Rudge icon pl. guj. t.* 35.

Schöner Becherfarrn. W.

Habitat in Gujana. ♃.

Caudex *nullus.* Radices *fibrosae, fibris crassis.* Stipes *frondis sterilis pollicaris; frondis fructificantis quinquepollicaris.* Frons *sterilis quadri- vel quinquepollicaris oblonga pinnatifida, laciniis oblongis obtusis subdentatis inaequalibus.* Frons *fertilis tri- vel quadripollicaris linearis pinnata.* Pinnae *lanceolatae indivisae imbricatae margine soriferae.* Indusia *urceolata.* Receptaculum *clavatum indusio duplo et ultro longius.* Apices *frondium sterilium saepe rachi filiformi nuda radicante instructi.* W.

†† *Fronde pinnata.*

* 13. TRICHOMANES *heterophyllum.*

T. frondibus sterilibus pinnatis, pinnis obovato-oblongis inciso-dentatis superioribus confluentibus; fertilibus pinnatis, pinnis cuneatis apice dentatis, caudice repente. W.

Trichomanes heterophyllum. *Humboldt et Bonpland.*

Verschiedenblättriger Becherfarrn. W.

Habitat in America *meridionali, prope* Javitam. ♃. *(v. s.)*

Caudex *repens crassitie fili emporetici, undique paleis subulatis fuscis obtectus.* Stipes *frondis sterilis bi- vel trilinearis paleis rufis filiformibus indutus.* Rachis *ut stipes.* Frons *sterilis sesqui- vel bipollicaris pinnata, pinnis superioribus confluentibus.* Pinnae *semipollicares obovato-oblongae tenuissime membranaceae inciso-dentatae, laciniis denticulatis.* Stipes *frondis fructificantis quinque- vel sexpollicaris pilis rufescentibus obsitus.* Rachis *densissime pilis rufis villosa.* Frons *fructificans tripollicaris pinnata.* Pinnae *trilineares sessiles oblongae cuneatae obtusae apice dentatae.* Indusium *cyathiforme sub apice pinnarum.* Receptaculum *filiforme exsertum. Simile praecedenti ob diversam frondium fructificantium formam, caudice repente, frondibus sterilibus pinnatis brevioribus, formaque pinnarum frondis fertilis abunde distinctum.* W.

14. TRICHOMANES *crispum.*

T. frondibus pinnatis, pinnis oblongis obtusis repandis, margine ciliatis, superioribus confluentibus. W.

T. frondibus pinnatifidis lanceolatis, pinnis parallelis subserratis. *Sp. pl.* 1560.

T. fronde lanceolato-pinnata, pinnis sessilibus parallelis subserratis. *Hort. cliff.* 476.

T. frondibus lanceolatis subpinnatis, laciniis parallelis obtusis subserratis. *Swartz synop. filic.* 142. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1731.*

T. fronde pinnatifida, pinnis oppositis alternisque oblongis repandis, basi confluentibus, extremitate rotundata frugifera. *Hedwig fil.*

Polypodium crispum calyciferum. *Plum. fil* 67. *t.* 86.

Darea filicis maris facie. *Petiv. fil.* 102. *t.* 11. *f.* 8.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 268.

Krauser Becherfarrn. W.

Habitat in Jamaica, Martinica. ♃. *(v. s.)*

* 15 TRICHOMANES *floribundum.*

T. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis serratis, superioribus decurrentibus, W.

Trichomanes floribundum. *Humboldt et Bonpland.*

T. *(pinnatum)* frondibus pinnatis, pinnis oblongis lanceolatis integris, superioribus decurrenti-coadunatis. *Swartz synop. filic.* 142.

T. *(pinnatum)* fronde pinnatifolia, foliis alternis oblongis, superioribus subdecursivis, summis confluentibus, omnibus margine frugiferis. *Hedwig filic.*

T. *(rhizophylla)* frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis contiguis alternis, inferioribus oppositis, rachide apice nuda elongata radicante. *Swartz synop. filic.* 142.

T. *(rhizophylla)* foliis pinnatis, pinnulis lanceolatis contiguis alternis, inferioribus oppositis, rachide apice nuda elongata radicante. *Cav. prael.* 1801. *n.* 696.*

Blüthenreicher Becherfarrn. W.

Habitat in America *meridionali ad* fluvium nigrum. ♃. *(v. s.)*

Radix *fusca fibrosa, fibris crassis.* Stipes *frondis sterilis bi- vel tripollicaris teretiusculus, pilis setaceis patentibus obsitus.* Frons sterilis *tri- vel quadripollicaris pinnata apice rachi longissima tripollicaria nuda filiformi radicante instructa.* Pinnae *pollicares, inferiores oppositae, superiores alternae oblongo-lanceolatae, basi cuneatae, apice obtusae, margine obtuse serratae.* Stipes *frondis fertilis quadri- vel quinquepollicaris teres, basi infima pilis setaceis patentibus sparsis obsita, superne glabra.* Frons fertilis *quinquepollicaris et longior pinnata.* Pinnae *alternae pollicares et longiores lanceolatae, apice obtusiusculae, margine obtuse serratae, basi cuneatae, infimae subpetiolatae, reliquae sessiles, summae basi inferiore decurrentes.* Sori *marginales in omni-*

bus fere serraturis. Indusia *cyathiformia prominentia.* Receptaculum *indusio longius. Hedwigius frondem fructificantem. Cavanilles sterilem descripsit.* W.

††† *Fronde bipinnatifida.*

* 16. TRICHOMANES *guineense.*

T. frondibus pinnatis, pinnis oblongis decurrentibus inciso-pinnatifidis, laciniis obtusis subserratis, costa stipiteque marginatis. *Swartz synop. filic.* 142.

Guineascher Becherfarrn. W.

Habitat in Sierra Leona Africes. ♃.

* 17. TRICHOMANES *alatum.*

T. frondibus pinnatis, pinnis oblongis acuminatis pinnatifidis decurrentibus, laciniis inciso-dentatis, margine ciliatis, rachi stipiteque alatis. W.

T. frondibus bipinnatifidis attenuatis hirtis, pinnis acuminatis, laciniis acutis apice serratis, stipite costaque alatis. *Swartz synop. filic.* 143. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1732.*

Filicula tota translucens. *Plum. fil.* 73. *t.* 50. *f. D.*

Filicula pinnis laceratis, tota translucens. *Petiv. fil.* 74. *t.* 3. *f.* 14.

Geflügelter Becherfarrn. W.

Habitat in montibus excelsis Jamaicae *australis,* Hispaniolae, *inque* Antillis *minoribus.* ♃. (*v. s.*)

Specimen meum duplo majus, figura Plumieri. W.

* 18. TRICHOMANES *lucens.*

T. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis pinnatifidis decurrentibus utrinque margineque pilosis, laciniis obtusis subbilobis, stipite villosissimo. W.

T. frondibus bipinnatifidis longissimis, pinnis parallelis lanceolatis, laciniis subrotundis cris-

pis, stipite hirsutissimo. *Swartz synop. filic.* 143. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1734.* *prod.* 136.

T. frondibus pendulis totis hirsutissimis lucidis, pinnisque interne subbipinnatis, superne pinnatifidis, laciniis subrotundis subserrulatis, columnula filiformi longius exserta, supra basin non incrassata, extremitate truncata. *Hedwig fil.*

Glänzender Becherfarrn. W.

Habitat in Jamaicae *umbrosis montosis.* ♃. (*v. s.*)

Frons *nullo modo pendula. Descriptio Hedwigii mala, figura mediocris.* W.

* 19. TRICHOMANES *crinitum.*

T. frondibus pinnatis, pinnis ovatis obtusis pinnatifidis decurrentibus, margine venisque hirtis, laciniis bi- trilobisve obtusis, stipite hirto. W.

T. frondibus bipinnatifidis obtusis hirtis, pinnis ovatis decurrentibus, laciniis obtusis bilobisque, stipite tereti hirto. *Swartz synop. filic.* 143. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1730.* *prod.* 136.

T. frondibus indivisis subpinnatifidis, pinnis ovatis pinnatifidis, laciniis bifidis obtusis, margine superficie ad ductulorum fasciculos, frondeque crinitis, columnula frugifera capitata. *Hedwig fil.*

Behaarter Becherfarrn. W.

Habitat in Jamaicae *montibus altis, ad arborum truncos.* ♃. (*v. s.*)

* 20. TRICHOMANES *humile.*

T. frondibus pinnatis, pinnis oblongis obtusis pinnatifidis decurrentibus, laciniis linearibus obtusis emarginatis, margine cartilagineis tenuissime serrulatis, stipite brevissimo. W.

T. frondibus pinnatifidis dichotomis, pinnis alternis decurrentibus linearibus obtusis integris, fructificationibus turbinato-infundibuliformibus, stylis setaceis exsertis, stipite vix ullo. *Forst. prod. n.* 464.

T. frondibus dichotomis bipinnatifidis, pinnis decurrentibus, laciniis linearibus cartilagineo-marginatis, urceolis axillaribus, stipite brevissimo. *Swartz synop. filic.* 143. *et* 371.*
T. frondibus bipinnatis glabris pellucidis dichotomis, pinnis alternatim decurrentibus linearibus emarginatis serratis, perisporangiis oblongis turbinatis infundibuliformibus ampliatis, columnula exserta apice fissa. *Hedwig fil.*
Zwerg-Becherfarrn. W.
Habitat in Societatis *insulis.* ♃.

21. TRICHOMANES *pyxidiferum.*

T. frondibus pinnatis, pinnis oblongis obtusis pinnatifidis decurrentibus, laciniis subtripartitis linearibus obtusis integerrimis, infima pinnatifida, rachi stipiteque alatis. W.
T. frondibus subbipinnatis, pinnis alternis confertis lobatis linearibus. *Sp. pl.* 1561.
T. frondibus acuminatis tripinnatifidis, laciniis linearibus obtusis, urceolis axillaribus terminalibusque subpedicellatis, costa stipiteque marginato. *Swartz synop. filic.* 143 *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1739.
T. fronde alternatim subbipinnata, pinnis alternis confertis laciniatis, laciniis linearibus, perisporangiis calyciformibus bilabiatis. *Hedw. fil.*
Filix pyxidifera. *Plum. fil.* 74. *t.* 50. *f. E.*
Daraea tunbrigensis facie. *Petiv. fil.* 104. *t.* 13. *f.* 23.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 269.
Büchsentragender Becherfarrn. W.
Habitat in Jamaica, Hispaniola. ♃. (*v. s.*)

†††† *Fronde triplicato-pinnatifida vel tripinnata.*

* 22. TRICHOMANES *tenuifolium.* †

T. frondibus tripinnatis, pinnulis capillaribus unisoriferis, columnula longissima. *Swartz synop. filic.* 144.

T. *(uniflora)* foliis tripinnatis, pinnulis capillaribus unifloris, stylo longissimo. *Cav. prael.* 1801. *n.* 697.
Dünnblättriger Becherfarrn. W.
Habitat in insula St. Carlos de Chiloë. ♃.
Frons *tri- vel quadripollicaris.* Pinnae *inferiores oppositae, superiores alternae.* Pinnulae *capillares.* Fructificatio *solitaria in apice pinnularum.* Indusia *oblonga pedicellata.* Receptaculum *indusio triplo vel quadruplo longius.* Cav. l. c.

* 23. TRICHOMANES *trichoideum.*

T. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis capillaceo-linearibus bipartitis emarginatis, indusiis supra-axillaribus pedicellatis. W.
T. frondibus supradecompositis oblongis erectis, pinnis pinnulisque capillaceis, lacinulis bipartitis, urceolis supra-axillaribus. *Swartz synop. filic.* 144. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1741.*
T. *(tenellum)* frondiculo capillari alternatim supradecomposito, pinnulis capillari-linearibus obtusis furcatis, fructificationibus ad basin mediumque pinnarum, perisporangii limbo ampliato, columnula inferne incrassata. *Hedwig. fil.*
Trichomanes cuneiforme. *Schkuhr. crypt.* 131. *t.* 134.
Haarförmiger Becherfarrn. W.
Habitat in Jamaicae *frigidioris umbrosis graminosis subhumidis.* ♃. *(v. s.)*

* 24. TRICHOMANES *meifolium.*

T. frondibus triplicato-pinnatis, pinnis horizontaliter patentibus rigidis, pinnulis tereti-capillaceis dichotomis incurvatis, rachi setosa, receptaculis filiformibus indusio parum longioribus. W.
T. fronde lineari-lanceolata pinnata, pinnis decompositis capillaribus subteretibus, laciniis imbricatis *Bory in litt.*

Bärwurzblättriger Becherfarrn. W.
Habitat in sylvis montium insulae Borboniae. ♃. *(v. s.)*

Stipes *quadri- vel quinquepollicaris teres canaliculatus glaber superne setis aliquot raris obsitus.* Frons *quinquepollicaris triplicato-pinnata atrovirens, exacte facie Aethusae Mei.* Pinnae *primariae octolineares rigidae horizontaliter patentes; secundariae capillaceae trilineares teretes.* Pinnulae *dichotomae capillaceae teretes apicibus inflexis.* Indusia *cyathiformia basi attenuata pedicellata pinnulis inserta.* Receptaculum *indusio parum longius filiforme.* Rachis *universalis setis subulatis patentibus obsita, partialis hinc inde punctis prominentibus exasperata. Dignoscitur facile tenuitate et rigiditate frondis.* W.

* 25. TRICHOMANES *longisetum.*

T. frondibus triplicato-pinnatis, pinnis patentibus laxis, pinnulis lineari-capillaceis dichotomis incurvatis, rachi superne alata inferne setosa, receptaculis filiformibus indusio quintuplo longioribus. W.

T. frondibus decompositis capillaceis, laciniis longioribus crispis, columnula longissima. *Bory in litt.*

Langborstiger Becherfarrn. W.
Habitat in sylvis insulae Borboniae. ♃. *(v. s.)*

Stipes *bipollicaris teres glaber.* Frons *quadripollicaris triplicato-pinnata circumscriptione lanceolata.* Pinnae *primariae semipollicares laxe patentes; secundariae trilineares.* Pinnulae *dichotomae capillaceae, sed sub lente observatae membranaceo-marginatae lineares, apice inflexae.* Indusium *cyathiforme basi attenuatum pedicellatum in pinnularum dichotomia, margine truncatum.* Receptaculum *filiforme longissimum indusio quintuplo longius trilineare.* Rachis *margine membranaceo in utroque latere cincta, stipitem versus vero nuda et setis*

sparsis patentibus obsita. A praecedente satis diversum: rachi *superne alata,* pinnis *tenuioribus et laxioribus,* pinnulis *lineari-capillaceis,* receptaculo *longissimo.* W.

26. TRICHOMANES *foeniculaceum.*

T. frondibus triplicato-pinnatis, pinnis patentibus rigidiusculis, pinnulis compresso-capillaceis dichotomis acutis rectis, rachi stipiteque setosis, receptaculis filiformibus indusio duplo longioribus. W.

T. frondibus bipinnato-decompositis, pinnulis lineari-capillaribus planis. *Bory in litt.*

Fenchelartiger Becherfarrn. W.

Habitat in insula Mauritii, Borboniae. ♃. (*v. s.*)

Stipes *tripollicaris et longior teres setis patentibus, demum caducis, obsitus.* Frons *quinquepollicaris triplicato-pinnata, circumscriptione oblonga acuminata.* Pinnae *pollicares patentes rigidiusculae, secundariae tri- vel quadrilineares.* Pinnulae *dichotomae capillares compressae acutae scabriusculae rectae, nec ut in duobus praecedentibus apice inflexae.* Indusia *pedicellata ad pinnulas posita cyathiformia vel potius cylindracea basi attenuata.* Receptaculum *filiforme indusio duplo vel parum ultra longius.* W.

27. TRICHOMANES *bifidum.*

T. frondibus bipinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis linearibus, omnibus apice bifidis acutis, rachi setosa. W.


Trichomanes bifidum. *Ventenat in litt.*


Zweispaltiger Becherfarrn. W.

Habitat in India *orientali?* ♃. (*v. s.*)

Stipes *tripollicaris teres paleis setaceis obsitus.* Frons *sexpollicaris, circumscriptione oblongo-lanceolata bipinnata.* Pinnae *pollicares lanceolatae acuminatae.* Pinnulae *bi- vel trilineares profunde pinnatifidae, laciniis linearibus integerrimis angustissimis, omnibus apice*

[redacted]







bifidis acutis. Axillae *pinnularum membrana tenui instructae.* Rachis *primaria setis tenuibus obsita; secundaria glabra vel setis nonnullis raris basi tantum instructa.* Indusia *cyathiformia obovata pedicellata in pinnularum axillis.* Receptaculum *capsularum indusio brevius. Valde simile habitu T. rigido, sed satis diversum:* laciniis *pinnularum angustioribus, omnibus etiam terminalibus bifidis.* W.

* 28. TRICHOMANES *achilleaefolium.*

T. frondibus bipinnatis, pinnulis decurrentibus pinnatifidis, laciniis linearibus obtusis subemarginatis, rachi alata. W.

Trichomanes achilleaefolia. *Bory in litt.*

Garbenblättriger Becherfarrn. W.

Habitat in insula Mauritii, Borboniae. ♃. (*v. s.*)

